[illegible]

730
Hostetler
100.00

DUKE
UNIVERSITY
LIBRARY

Treasure Room

CATALOGVS
Ordinum Equeſtrium
Celſiſsimo Principi
Ioanni Willelmo
Sac. Rom. Imp. Electori &c.
Oblatus
a P. Philippo Bonanni S. I.

ORDINUM EQUESTRIUM ET MILITARIUM CATALOGUS

in Imaginibus expoſitus & cum brevi narratione

OBLATUS

CLEMENTI XI.

PONTIFICI MAXIMO.

A P. PHILIPPO BONANNI
Societatis JESU.

ROMÆ, MDCCXI.

Typis Georgii Plachi Cælaturam Profitentis, & Characterum Fuſoriam, apud S. Marcum. *Superiorum Permiſſu*.

CATALOGO
DEGLI ORDINI
EQUESTRI E MILITARI
Eſpoſto in imagini, e con breve racconto

OFFERTO

ALLA SANTITA' DI N. S.

CLEMENTE XI.

DAL P. FILIPPO BONANNI
Della Compagnia di GIESU.

IN ROMA, MDCCXI.

Nella Stamperia di Giorgio Placho Intagliatore, e Gettatore di Caratteri à S. Marco. *Con licenza de' Superiori.*

B9430E

CLEMENTI XI. PONTIFICI MAXIMO.

CUm ad pedes Tuos, Beatissime Pater, tria volumina humillimè nuper depoſuiſſem, in quibus Catalogus Ordinum Religioſorum continebatur, veluti Armilu-

ſtrium inſtitui, quo diverſcrum Militum Acies recenſebantur, quorum labores pro Eccleſia Cattholica impenduntur ſub Imperio Summi Pontificis, qui unicus & ſupremus totius militantis Eccleſiæ Imperator exiſtit. Deerant tamen inter illos Equeſtrium Militum Ordines, qui tanquam pars totius exercitus nobiliſſima, numerantur in volumine, quod SANCTITATI TUÆ nunc offero. Ut ad Te, BEATISSIME PATER, iterum auderem accedere animos fecit Benignitas Tua, Princeps omnium maxime, humanitate major, quàm quibus undique fulges maximis honorum titulis, quapropter Vota noſtra undequaque ſuperaſti, ut tua munificentiſſima liberalitate opus jam incæptum perfici potuerit; quod quidem ab invidiæ ſpiculis tuebitur SANCTITAS TUA ſi vel ſolum nomen illud in fronte præferat. Ex his in animum inducimus SANCTITATI TUÆ non omnino ingratum fore publicum hoc noſtri erga Te obſequii monumentum.

Quotquot Ordines Equeſtres in eo numerantur, omnes (paucis exceptis) pro Fide

Catho-

Catholica, pro Eccleſia Romana, & Regnorum incolumitate militant; diverſis tamen armis, diverſoque præliandi ritu arma pertractant. Religioſorum enim Legiones aſſiduis precibus Principis Apoſtolorum imitatores, Simonis arrogantiam proſternunt; Scientiarum ſtudiis, & divini Verbi promulgatione Eccleſiæ hoſtes evincunt; Virtutum exemplis, & rigido vitæ tenore depravatos mores redarguunt; immo moriendo, ac ſanguinem effundendo de infidelitate triumphant; Cum Martyrum ſanguis fœcundum ſemen Chriſtianorum ſemper fuerit: Et ne extra mœnia Romanæ Urbis vagetur oratio, quæ veluti omnium militum campus ſemper fuit, ſeptem in ea colles celebriores aſſurgunt, eò quòd prophanam abominationem exuerint ob ſacros ritus, ob preces aſſiduas, ob incruenta ſacrificia, quæ vero Numini aſſiduo ſtudio offeruntur in eiſdem templis, in quibus olim idololatrica religione falſis Numinibus thura litabantur; & ubi Ebrietas epulabatur, nunc jejuniis & carnis afflictationibus (ſenſus illecebris penitus eliminatis) cœle-

ſtem quodammodo vitam agunt quamplurimi, ſacræ militiæ adſcripti, qui in diverſas acies diſpoſiti Pontificis juſſa, ut exequantur, expectant. Quamobrem D. Petrus lætari in ſuo ſimulacro mihi videtur, dum ex vertice excelſæ Trajani columnæ Romam videt, trophæis decoratam; ſcilicet pannoſis veſtibus, & hiſpidis indumentis, quibus S. Crucis ſectatores amiciuntur, quibuſque nuditati potius, quàm egeſtati conſulitur.

Dependent pariter ex fornice Vaticanæ Baſilicæ bellica vexilla, quæ generoſi milites crucem fronte, ac pectore præferentes mortis diſcrimina pro nihilo habentes, hoſtibus rapuerunt. Plures illi Othomanicæ perfidiæ acies profligarunt, cum ſacro bello nomen dediſſent, Summorum Pontificum juſſu Infidelibus clades intulerunt. Celebrabitur ſemper, & nunquam ſatis, Urbanus II. Romanus Pontifex, qui prima ſacram militum expeditionem excogitavit, qua anno 1095. plurimas Provincias in Syria à Tirannide Maumethanica liberavit. Et ne prolixam victoriarum ſeriem hic enumerem, quas

Eque-

Equeſtres Ordines ab hoſtibus Fidei retulerunt, luce clarior hæc veritas innoteſcet, ſi Pietatem, ſi Religionem, ſi Fidem catholicam, & morum probitatem florentem inſpiciamus in Regnis Germaniæ, Hiſpaniæ, Luſitaniæ, & Italiæ univerſæ ob celebres victorias, quas generoſi Equeſtrium Ordinum milites, vel Teuthonici, vel Rodiani, ſeu S. Jacobi, & Alcantaræ, ſeu de Avis, & Calatravæ, aliique permulti retulerunt, cum illis Summorum Pontificum Authoritas animos dedit, ut Chriſtianorum bona è manibus Saracenorum eriperent. Rubeſcit adhuc apud Naupactum Æolium mare ob ingentem ſtragem Turcarum, a maritima Chriſtifidelium Claſſe factam, quam S. Pontifex Pius V. in infeſtiſſimos Eccleſiæ hoſtes immiſit. Quippe nullius unquam Principis aut Regis tantum fuiſſe ſtudium, ut Chriſtiana Regna conſervarentur, quantum Romanorum Pontificum, fusè ac eruditè probat Antonius Bozius (de Signis Eccl. Sig. 81. cap. 1.) Illi quidem Divinum Redemptorem imitati ſunt, quem licet Regem pacificum futurum in terris ora-

cula

cula prædixiſſent; ſuum tamen bellis locum fore affirmarunt. Hinc Iſajas vaticinans Fidei Romanæ progreſſus, illos armis etiam attribuit, cum dixit. *Dominus ſicut fortis egreditur, ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum, vociferabitur, & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur.* Ex quibus ſatis apparet nunquam defuturos Chriſti ſectatores, qui bellica laude cunctis præcellerent, inter quos præcipuè cruce inſigniti numerantur, qui cum hoſtibus crucis, & fidei ſtrenuè congrediuntur.

Sanctitati Tuæ ignotum minime eſt Chriſti Eccleſiam, licet mitem, & Charitate conſpicuam, terribilem tamen eſſe ſicut *caſtrorum Aciem ordinatam*, eo quòd (docente Eminentiſſimo de Turrecremata) in ea diverſæ Militum Turmæ numerentur, à quibus munitur, & defenditur; & cum Eccleſiæ hoſtes plurimi, & varii ſint; quippe Judæi impugnant Incarnationem Chriſti; Hæretici Scripturarum veritatem; Schiſmatici obedientiam, & Eccleſiæ unitatem, Saraceni & Pagani Eccleſiaſticam pacem;

Tyran-

Tyranni & mali Principes Eccleſiæ liberta-
tem; ita contra ſingulos diverſæ militant
copiæ: Hinc Doctorum Turmæ, Religio-
ſorum preces, & Divinarum Scientiarum
ſtudia, Præſulum Concilia, Pontificum
oracula; nec non Equeſtrium Ordinum
Arma.

Notiſſimùm ulterius Tibi eſt Beatissime
Pater, Pontificiam Sedem, in qua Divina
Providentia Sanctitatem Tuam collocavit,
non abſimilem eſſe Lectulo Salomonis, quod
(ut dicitur in Sacris Canticis) *ſexaginta for-
tes ambiunt ex fortiſſimis Iſrael, omnes te-
nentes gladios, & ad bella doctiſſimi*; gla-
dios quidem (reſumit Cardinalis à Turre-
cremata) duplicis generis, quorum alterum
gladium ſpiritus continet, quod eſt Ver-
bum Dei, adhibitum a Sacris Religioſorum
Ordinibus; alterum ferreum, quem tractant
Ordinum Militarium Equites ad nutum
Myſtici Salomonis, hoc eſt Romani Ponti-
ficis; & S. Bernardus, Eugenium alloquens,
eum duplici gladio munitum vocavit, quo-
rum alterum ipſe met perſtringit, alterum

ejus

ejus imperio à militibus adhibetur.

Cum igitur hujus Exercitus Beatissime Pater, Supremus Imperator, ac Ductor exiſtas, nulli, præter Te, hoc armiluſtrium offerri debuit. Te quidem Deus Exercituum, tanquam novum Moyſen, ſtatuit, ut has copias ad cœleſtia tentoria, pugnantibus promiſſa, feliciter ducere, ſingulis ſtipendio erogato, quod Eccleſiæ theſauri abundè ſubminiſtrant. Hinc omnibus patet, quàm aſſiduo labore Sanctitas Tua ad hunc finem incumbas, aut revocando ad praxim antiquos Eccleſiæ Ritus, aut ſanctiſſimis legibus, quibus ſacris templis reverentia; feſtis diebus cultus, reſtituitur, aut intemperantiæ modus & licentiæ frænum imponitur. Huc illæ cohortationes pertinent, quibus refloreſcere priſtinam eruditorum Pontificum facundiam gratulamur. Quantùm ille ſpirant ſolidam, nativamque pietatem; quæ ſermonis gravitas: quæ vis, quæ majeſtas; quàm aptè congruentibus ſacrarum ſcripturarum oraculis, ac dives eloquium! Huc leges, quæ rectæ puerorum

inſti-

inſtitutioni, Judiciorum æquitati, omnium denique ordinum integritati contulerunt. Proferre hic poſſem tot circumquaque miſſas, plenas conſilio, pietate, ac ſapientia literas, quibus concordiam inter Principes alere, Religionis integritati conſulere, & reſurgentis hæreſeos audaciam retundere conatus eſt Vigilantiſſimus Princeps; recenſerem tot Legatos, ac Nuncios, qui per Orbem univerſum ad remotiſſimas uſque plagas Paſtoris Optimi vigilantiam circumferunt. At immenſæ orationis eſſet, non dicam exornare dicendo, ſed vel narrando perſequi tot excogitatas artes, tot ſapientiſſima, & opportuniſſima conſilia in rerum perturbatione ſuſcepta. Quæ omnia optimi Imperatoris, ac Summi Pontificis impleta munia noſtrum hoc obſequii, & venerationis qualecunque tributum jure ſibi depoſcunt. Quòd ſi in aliis voluminibus benignè intueri dignata eſt Sanctitas Tua Ordinum Religioſorum turmas, Tuo imperio ſubjectas, in quibus Eccleſia indumentorum varietate, ſeu coloribus, ſeu forma conſpi-

cua , incedit , & Virtutum armis munita contra hoſtes deprœliatur ; Clementi pariter obtutu Te inſpecturum mihi polliceor cœteras Eccleſiaſticæ militiæ Acies , ſub Armorum pondere laborantes, ut Romanum Pontificum Sedem ab hoſtium inſultibus tueantur , dum eas in hoc volumine numeratas ad Sanctiſſimos Tuos pedes humillimè depono.

SANCTITATIS TUÆ

Humillimus & obſequentiſſimus ſervus
Philippus Bonanni.

ALLA SANTITA' DI N. S.
CLEMENTE XI.

NEl deporre à piedi di VOSTRA SANTITA', *diſtinto in tre tomi il Catalogo degli Ordini Religioſi, altro non feci, che una Raſſegna della ſacra milizia la quale diviſa*

in varie compagnie, e ſquadroni milita a favore della Chieſa Cattolica ſotto il commando, e direzzione del Sommo Pontefice, il quale è di eſſa l'unico Capo, e Supremo Generale. Mancavano però tra quelli gli Ordini Equeſtri e Militari, membri ancor eſſi di queſto grande Eſercito, il Catalogo de quali mi dò hora l'onore di offerire à Voſtra Santità, *ſtimolato dal benigno gradimento, e approvazione che delli primi ſi compiacque moſtrarne, e dalla liberale Influenza, per cui ſi è potuta perfezzionare con l'opera l'Idea, che concepita ne havevo. Militano tutti (eccettuati alcuni pochi) a favore della Fede, per la conſervazione delli Regni Chriſtiani, e per l'eſaltazione, della Chieſa Romana; ma con diverſe arti, e con armi diverſe; poiche gli Ordini Sagri e Religioſi con le continue orazioni, imitatori del Prencipe degli Apoſtoli, atterrano la Baldanza degl'ingannatori Simoni; con la predicazione, e con gli ſtudii delle Dottrine convincono i ribelli alla Chieſa; con l'eſemplarità delle Virtù, e auſterità della Vita confondono li vizioſi; anzi ſpeſſo con il cade-*

re

re e morire trionfano della Infedeltà; poiche il ſangue delli ſeguaci del Redentore fu ſempre feconda ſemenza di Vittorie alla Fede. E ſenza uſcire da Roma, che ſempre fu (per così dire) Piazza d' Armi, alzano in eſſa più glorioſi i loro capi i ſette colli, ſantificati con le ſacre e Religioſe cerimonie, con le continue Salmodie, con gli numeroſi Sacrificii, offerti à Dio in quelle Chieſe, nelle quali già fumavano gl' incenſi della Idolatria; e ove la crapula banchettava con le profanità più eſecrande, ora dalle vigilie e dalli digiuni ſi vede tolta l' ubriachezza; ſnervato il ſenſo con le volontarie afflizioni, e divenuto poco meno che ſpirito; eſſendo per tutto ſantificato il ſuolo con la milizia delli Religioſi, ripartiti in Quartieri, pronti ad ogni ſegno del Succeſſore di S. Pietro; il quale dall' altezza della Colonna di Trajano parmi che goda nel ſuo ſimolacro in vedere i trofei, tolti alla ſuperba gentilità nelle lacere veſti, e nelle ruvide tonache, con le quali più toſto ſi ricuopre, che ſi veſta, la nudità delle membra, dalli patimenti inlanguidite.

Pren-

Pendono altreſi comeglorioſi trofei nel Vaticano le pretioſe Bandiere, rapite agl'inimici infedeli, e depoſitate ſu gli altari Chriſtiani dagl' invitti Soldati, i quali con la croce in fronte, in petto, e ne i cimieri ſi eſpoſero per berſaglio alle ſaette Ottomanne, *c alle Zagaglie Affricane; e ſenza punto temere i cimenti di morte debbellarono eſerciti numeroſi, allora che nelle ſacre leghe e* Crociate, *inſtituite dalli Sommi Pontefici rintuzzarono l' orgoglio degl' Infedeli. Fu gloria del S. Pontefice* Urbano *II. l' invenzione delle ſacre leghe, allorache nell' anno* 1095. *liberò molte Provincie dell' Aſia e della Siria dalla Tirannia delli ſeguaci di Maometto; e per non teſſere lungo* Catalogo *delle inſigni Vittorie, riportate dagli* Ordini Equeſtri, *baſti il vedere nelli* Regni *di Alemagna, di Spagna,* Italia, *e* Portogallo *eſaltata la Religione, coltivata la Pietà, e vittorioſa la Fede, dopo che dalle milizie delli Teutonici, delli* Rhodiani, *di S. Giacomo, de Avis, di Alcantara, Calatrava, e altri, animate e avvalorate dalle* Grazie *delli Pontefici Ro-*

mani,

mani, furono eſterminate le ſette Maomettane, che occupati gli havevano. Ondeggia ancora tinto del ſangue de Barbari il Mare di Lepanto, allorache furono debellati dalle Armi Chriſtiane, dal S. Pontefice Pio V. ſpedite. Eſſendo ſtati ſempre mai li Pontefici Romani nel difendere la Chieſa imitatori del Redentore, il quale ſe bene col ſuo venire in terra partorì la pace, fu ſempre nondimeno armato per conſervarla, che perciò il Profeta Evangelico Iſaia predicendo i progreſſi della Religione Chriſtiana, li riconobbe anche dalle Armi, allorache diſſe: Dominus ſicut fortis egreditur, ſicut vir præliator ſuſcitabit Zelum, vociferabitur, & clamabit, ſuper inimicos ſuos confortabitur; *dal che chiaramente intendiamo, non ſarebbono mancati ſeguaci di eſſo, celebri per il valore delle Armi, e tali furono ſenza dubbio gli Ordini Equeſtri, contraſegnati la maggior parte con il ſegno della Santa Croce, per l' eſaltazione della quale entrano in battaglia con gl' inimici di eſſa.*

Ben

Ben vi è noto, BEATISSIMO PADRE, *che la Chieſa Chriſtiana, benche debba eſſere tutta manſuetudine, e charità; nulladimeno è terribile*, ut Caſtrorum Acies ordinata, *e ciò perche (come inſegnò il dotto Cardinale Turrecremata lib. 1. cap, 3.) ſi numerano in eſſa Soldati di varie ſorti, dalli quali viene protetta, e difeſa; e ſicome gl' inimici di eſſa ſono diverſi, conveniva che diverſi foſſero quelli, i quali ſi opponeſſero alle forze loro; onde contro gl' Eretici e Sciſmatici impugnatori delle Sacre Scritture, e della unità della Chieſa, ſi armano i Sacri Dottori, i Zelanti Prelati, e gl' iſteſſi Sommi Pontefici con le armi ſpirituali, e contro la violenza degl' Infedeli impugnano per ordine delli medeſimi gl' Ordini Equeſtri la ſpada; che perciò San Bernardo ſcrivendo al Pontefice Eugenio lo riconobbe armato di doppia ſpada; una delle quali egli medeſimo era tenuto ad uſarla; l' altra doveva per ſuo commando adoperarſi contro i ribelli.*

In oltre sà beniſſimo la Santità Voſtra *che il Trono, in cui la Providenza Divina vi*

collocò,

collocò, fu ſempre ſimile al Letto *di Salomone, il quale (come ſi riferiſce ne i Sacri Cantici)* ſexaginta fortes ambiunt, & fortiſſimi Iſrael, omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi; *ſono ſpade (ripiglia il Cardinale Torrecremata) di due ſorti, una detta dall' Apoſtolo* ſpirituale, gladium ſpiritus, quod eſt Verbum Dei, *maneggiata dagli Ordini della milizia regolare e da Zelanti Prelati, l' altra materiale, ed' è quella, che dagli Armati ſi adopera ad ogni cenno del Supremo Legislatore, e del Miſtico Salomone, il Romano Pontefice.*

Hor eſſendo Voi, Beatissimo Padre, *Capo, e Condottiere di queſto grande Eſercito, non dovevaſi ad altri offerire il Ruolo di eſſo. Voi qual' altro Moisè ha eletto il grande Iddio degli Eſerciti, per condurre queſte ſquadre agli alloggiamenti del Cielo col ſoldo delli pretioſi teſori di S. Chieſa; che perciò vedono tutti le Apoſtoliche induſtrie di* V. S. *che mirano a queſto fine ſublime, ò col richiamare da tempi andati le venerabili coſtumanze della Chieſa, o nell' Amminiſtrare*

c *i ſacri*

i ſacri paſcoli nelle ſue faconde Omilie, ò ne i Diplomi pieni di Zelo paterno, ò nelle ſpedizioni di nuovi operari Apoſtolici, ò nella varietà delle armi ſpirituali, preſe dagli Arſenali della Poteſtà Pontificia, con cui vengono armati.

Che ſe V.S. ſi è benignamente degnata di mirare negli altri volumi le prime ſquadre, nelle quali la Chieſa apparì miſterioſamente vaga con la diverſità degli abiti, e ne i colori delli medeſimi, conſecrati con le benedizioni Eccleſiaſtiche, e armate con le Virtù dalla Evangelica Dottrina preſcritte; non ſdegnarà altreſi di rimirare con i ſuoi clementiſſimi occhi in queſte Schiere il reſto della Cattolica Milizia, ornata con la varietà delle Armi e delle insegne, ſudante ſotto il peſo di eſſe, per diffeſa della ſua Reggia; mentre a piedi di V.S. umilmente le offeriſco e depongo.

LECTORI.

IN duplici Catalogo Religioſorum Ordinum edito, quo Viri & Mulieres Deo ſacræ comprehenduntur, tertiam partem promiſimus, in qua Ordines Equeſtres & Militares indicarentur, ſingulorum Iconibus adjectis cum brevi explicatione, in quibus eorum inſignia & indumenta propria apparerent, ob eaſdem rationes, quæ ad Catalogum Religioſorum Ordinum conficiendum nos impulerunt; quamvis de illis luculenter egerint permulti, & magni nominis Scriptores. Eos igitur excipe ordine alphabetico diſpoſitos, neglecta temporum ſerie, ne ulli antiquitatis jura ſibi demere voluiſſe videar, ſi forte aliquis cæteris immeritò antepoſitus appareat; ſingulorum tamen origo ex probatis Authoribus referetur.

In expreſſione imaginum ſingulas veſtibus indutas producemus, quæ Ordinis Conſtitutiones præſcripſerunt; Equites verò, quibus nulla indumenti forma impoſita fuit, ea veſte exornatos delineari curavimus, quæ communiter adhibebatur tunc temporis, & in ea regione, quando eorum ordo inſtitutus fuit, vel militaribus armis inſtructos.

Eos in Claſſes diſtributos non invenies, ad quas referri potuiſſent, ut monuit inſignis Scriptor Franciſcus Sanſovinus lib. 2. de Equitum Origine. Una enim eos continet, qui & militiæ & Religionis leges ſervant, ut Melitenſes, S. Jacobi, S.Stephani, aliique: altera Equites comprehendit cruce vel torque inſignitos, qui tantùm quibuſdam legibus parent, quas illis Supremi Principes impoſuerunt. Tertia demum Equites numerat, qui à calcaribus aliiſque inſignibus denominantur, quibus à Principibus donati ſunt, ex omni hominum conditione ſelecti, & perſæpè ſine meritorum diſpoſitione, ſed ob unicam Principis benevolentiam ad eum gradum evecti. Atque hìc judico animadverſionem ponere, quam P. Andreas Mendo præpoſuit in ſuo volumine de ordinibus militaribus, ſcilicet *me non decernere aut diſcutere, utrum omnes Ordines Militares, quos in medium proferemus, ſint ſtrictè & propriè Religiones, & an approbationes Pontificiæ eo tetenderint, ut Religionem conſtituerent. Hæc enim diſceptatio noſtro inſtituto parum eſt opportuna,*

cum ſufficiat Ordines Militares referre, nec cum illos recenſebo judicet quiſquam eos, à me ut ſtrictas Religiones præfigi.

Inſuper Catalogus ea ratione diſponi poſſet, ut primùm Ordines comprehenderentur, qui noſtra hac ætate numerantur, deinde cæteri ſequerentur, qui elapſis temporibus floruerunt, nunc penitus extincti, ſed ne diſpoſitio litterarum immutaretur, quibus nominantur, ex narratione ſingulorum id indicabitur.

Cum autem plerique Equitum Ordines multa nomina ſortiti fuerint, E. G. Melitenſes dicti ſint S. Joannis, Hieroſolymitani, Hoſpitalarii & Rhodiani, illos ſub uno tantùm, ut placebit, indicabimus. Ita pariter Militiam Conſtantinianam referemus, quam plurimi Authores Angelicam & Aureatam dixerunt, atque ob id cæteris præpoſuerunt. Sicuti etiam legitur in titulo voluminis, in quo recenſentur Conſtitutiones, Diplomata, Bullæ, & Privilegia ejuſdem Ordinis. Eandem pariter cæteris Ordinibus ſaltem tempore antecellere permulti Scriptores affirmarunt, licet non deſit recentior aliquis, qui contradicit; Quamobrem Eruditus Pater Jacobus Gretſerus in ſuo volumine de Cruce, lib. 2. cap. 57. loquens de Militiis cruce ſignatis concludit inquiens. *Ante hos omnes (ideſt Ordines Militares cruce ſignatos) crucis inſigni utebantur milites Militiæ Conſtantinianæ à Conſtantino Magno inſtitutæ, & ad Imperatores Conſtantinopolitanos jure velut hæreditario tranſmiſſæ, ad cujus imitationem & ſimilitudinem conformati fuiſſe videntur ordines illi militares, qui poſteris ſeculis varios habuerunt Parentes & Fundatores; ejuſdem tamen cum Conſtantino Conſilii & propoſiti, quod erat, ut gloria crucis toto orbe terrarum propagaretur, & ubique contra inimicos crucis defenderetur.* Hactenus Gretſerus.

Suam originem igitur è cœlo prognatam eſſe gloriatur hic ordo, tunc quando circa annum 312. Conſtantinus Magnus cum Maſsentio militaribus copiis ſuperiore conflicturus angeretur, ob dubium exitum pugnæ, & à Deo afflagitaret Divinum præſidium, mirabili viſione (ut referunt Euſebius Pamphili, Sozomenus, & Zonara, victoriam ſibi annunciari promeruit, Splendidam enim Crucem in cœlo aſpexit, quam Inſcriptio decorabat: *In hoc ſigno vinces*, eademque verba Angelicis vocibus repeti audivit; ſed cum adhuc Imperator dubitaret, ei dormienti Chriſtus apparuit, eique præcepit, ut ſigno oſtenſo in cœlo milites muniret, tanquam valido præſidio, contra hoſtes: Quamobrem Conſtantinus crucem juxta exemplar auro & gemmis diſtinctam imperiali

riali

riali labaro impoſuit, eodemque ſymbolo ſeſe ac milites exornavit, atque inſignem victoriam de hoſtibus retulit; ob quam Crucem in celebri Urbis loco erigendam juſſit, & ferri in labaro in bellicis expeditionibus cujus tutelæ quinquaginta ſelectos milites deſtinavit, ſicuti refert in ejus vita præter cæteros Euſebius lib. 1. cap. 20.

Hæc fuiſſe affirmant felicia Conſtantinianę militię primordia, quam abunde comprobari aiunt Joſeph Michieli, Franciſcus Mennenius & P. Laurentius Finicchiarus ex antiquo marmore, in ærario Romano poſito, in quo Sculptor Conſtantinum expreſſit, in imperiali ſolio Crucem Equitibus donantem, addita ſequenti inſcriptione.

CONSTANTINUS MAXIMUS IMPERATOR
POSTQUAM MUNDATUS A LEPRA PER MEDIUM
BAPTISMATIS, MILITES SIVE EQUITES
DEAURATOS CREAT IN TUTELAM
CHRISTIANI NOMINIS

Congruebat hæc ſculptura hiſtoriæ Nicephori Caliſti ex Græco idiomate translata à doctiſſimo P. Frontone Ducæo ubi lib. 7. cap. 46. pag. 515. de Conſtantino, *ut memoria continua milites Chriſtum colore aſſuefacerent, arma eorum ſigno crucis exornat*. Hæc eadem verba leguntur in translatione facta à Joanne Lango Regio conſiliario, pag. 345. Impreſſionis Pariſienſis anni 1574. Qua de cauſa Prudentius æquè antiquus & pius celebrans præconia S. Crucis, & victoriam à Conſtantino relatam ita cecinit.

Chriſtus purpureum gemmanti textus in auro
Signabat Labarum, Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Ubi vides (loquar cum docto P. Gretſero de cruce lib. 2. cap. 51. *Prudentium non tantùm crucem in Labaro, ſed & in ſcutis & galeis militum Conſtantinianorum prædicare. Nec videtur tantùm Prudentius ad morem ſui ſeculi reſpexiſſe cum hæc ſcriberet*, (nempè ad annum 390. quo vivebat ſub Theodoſio ſeniore) *ſed ad veritatem, & ad ipſum Conſtantini exercitum.* Diſertis verbis hoc confirmavit Sozomenus, qui floruit anno 440. ſub Theodoſio Juniore dicens: *In ipſis armis ſalutaris trophei ſignum inſculpi curavit*.

Adeo præclaræ origini acceſſiſſe fertur Authoritas S. Pontificis Sylveſtri, cum ſplendidis appellationibus; nam dictus eſt præter nomen Angelici & Aureati, Conſtantinianus Imperialis ab ipſo Imperatore

ſtantino, aliiſque Imperatoribus, qui Magni Magiſtri ejuſdem Ordinis extiterunt, & S. Georgii à Divo Martyre, cujus patrocinio commendatus fuit, ob plures ejus apparitiones, quibus in arduis præliis adeſſe militibus conſpectus fuit.

Eiſdem Equitibus quaſdam leges optimi Moderatores poſt Conſtantinum ſcribendas curarunt, & decem capitibus comprehenduntur, ex Regulis S. Baſilii excerptæ, quas petente Marciano Auguſto S. Leo Primus confirmavit, ut conſtat ex imperiali Diplomate Leonis primi Cæſaris in lib. de Privileg. ejus ordinis pag. 2. & deinde alias regulas ſeptem & ſexaginta capitibus comprehenſas Iſaacus Angelus Flavius ſupremus Magiſter condidit, & promulgavit in totius ordinis conventu anno 1190. Bizantii habito.

Floruit hæc militia ob res præclarè geſtas, quas abundè referunt Hiſtoriarum monumenta, ſed proceſſu temporis maxima vulnera recepiſſe, & antiqui nominis gloriam plurimum imminutam fuiſſe, negari non poteſt, non tamen penitus deletam; nam Pontifices Maximi, & Europæ Principes, antiquiores Pontifices & Cæſares æmulati, Equites hujuſmodi benignè foverunt, iiſque ſecuritatem additis privilegiis ſunt impertiti, quamobrem Leonis magni ſequuti Caliſtus III. Pius & Paulus II. Sixtus IV. Innocentius VIII. Paulus & Julius III. Paulus & Pius IV. Sixtus V. & Clemens VIII. ita pariter Auſtriaci Cæſares, quos inter Ferdinandus II. in ſolemnibus Comitiis Ratisbonæ Magnum Magiſtrum & Conſtantinianam militiam ſub tutela ſuſcepit, & Prædeceſſoris ſtatuta nuper confirmavit Leopoldus I. Catholici quoque Hiſpaniarum Reges Philippi II. III. & IV. privilegia Religionis in Regnis ſubditis illæſa eſſe juſſerunt.

Ejuſdem ordinis ſeptuaginta duo Imperatores Græci & Romani Magiſtri extiterunt, ut refert P. Andreas Mendo pag. 5. de ordin. Militar. Inter eos præcipuos Magiſtros fuiſſe ex Familia Angela Flavia Comnena profectos Pontificiæ Bullæ declararunt; ſed Græcorum Imperio jam declinato, ſub uno Andrea Angelo Flavio ejuſdem ſtirpis ſuperſtite ultimo Macedoniæ Principe extabat, & ob ejus ſpontaneam abdicationem ac Ceſſionem ad Sereniſſimum Principem Farneſium translatus fuit ſupremus ejus Ordinis Magiſtratus, quam ceſſionem Innocentius XII. ampliſſimo Diplomate *Sincera Fidei* dato die 29. Octobris ann. 1699. benignè approbavit, eamque Dignitatem Sereniſſimæ Familiæ Succeſſoribus pro tempore exiſtentibus conceſſit.

Qua-

Quamobrem Sereniſſimus Princeps Franciſcus Farneſius Placentiæ & Parmæ Dux, & S.R. Imperii Vexillifer perpetuus omni conatu ad priſtinum ſplendorem hunc ordinem revocare ſtudet, ejuſque legum inſtauratio magna animi alacritate curat, ut iterum confirmetur, ut ad Divini nominis gloriam majora ſemper ſuſcipiat incrementa.

Obligationes quibus Equites obſtringuntur ſunt Obedientia Magno Magiſtro, Charitas, qua Deum ſuper omnia diligant, paratique ſint ad ſanguinem effundendum pro ejus gloria, & qua Proximum ament & juvent, Viduarum & Pupillorum Patronos ſe reddant, pacem inter diſſidioſos concilient. Tenentur etiam ſi non poſſint ipſimet adire, cum bellum committitur in hoſtes S. Fidei duos milites mittere ſuis expenſis, & ad alia multa in Regulis expreſſa, quæ recenſentur in libro ſtatutorum & Conſtitutionum ejuſdem Ordinis. Cœtera quæ ad eundem Ordinem ſpectant brevi narratione exponentur cum imaginibus Equitum in paginis Catalogi.

AL LETTORE.

NEl Catalogo, che degli Ordini Religioſi fu da noi publicato alla luce, ſi promiſe quello degli Ordini Equeſtri e Militari; e benche di queſti molti celebri Scrittori habbiano copioſamente teſſuta l'iſtoria; nulladimeno non giudicammo fatica inutile il compendiare un breviſſimo racconto di ciaſcuno per le iſteſſe ragioni, per le quali furono impreſſe in tre volumi le notizie degl' Ordini e Congregazioni Regolari, aggiungendone le imagini, nelle quali appariſſe l'abito e le diviſe, per le quali tra loro ſi diſtinguono.

Non ſi trovaranno queſti diſpoſti con ordine di rigoroſa Cronologia, per evitare la cenſura di alcuno, e non dare materia di doglianza a chi per avventura non ſi trovaſſe ben collocato, e pretendeſſe di dovere precedere à chi prima fu riferito. Saranno perciò con Regola di Alfabeto accennati come richiede la natura del Catalogo, e ſarà riconoſciuta l'origine di ciaſcuno nel tempo riferito dalli Scrittori, alli quali ſi doverà attribuire l'errore, ſe per ſorte ſi ritrovaſſe.

Nella eſpreſſione delle Imagini, ciaſcuna ſi rappreſentarà con l'abito preſcritto dalle Regole del proprio ordine; ma quelli Cavalieri li quali non ſono tenuti ad uſare abito particolare, ſi eſprimeranno con il veſtito comunemente uſato nel tempo, e nel paeſe, ove fu inſtituito tal' ordine, o pure in abito di Soldato diſpoſto a far guerra.

Non ſi ſono diviſi in Claſſi, nelle quali avvertì il celebre Scrittore Franceſco Sanſovino poterſi diſtinguere; ed eſſere alcuni Cavalieri di milizia Eccleſiaſtica, i quali benche applicati alle Armi, ſono Cavalieri di Religione e di Chieſa, e tali ſono quelli di Malta, li Teutonici, quelli di S. Giacomo, di Calatrava di Alcantara e altri. Alcuni ſono Cavalieri di Ordine, di Croce, e di Collana, fatti da Prencipi, come quelli detti della Tavola rotonda, della Gartiera, del Toſone, dello Spirito Santo &c. i quali non ſono di vita Monaſtica, nè fanno profeſſione di Regolari, ma ſono ſottopoſti alle leggi di Cavalleria, fondati in termini di onore. Altri ſono Cavalieri inferiori detti comunemente di Sperone fatti da Prencipi li quali dal Sanſovino ſono chiamati *Comuni*;

poiche

poiche (dice egli) *in ogni Città, e da ogni Prencipe ne ſono creati di ogni qualita, e di ogni condizione, e molte volte ſenza virtù alcuna, e indegni del Grado.* E quì mi è neceſſario premettere la proteſta fatta dal dotto Padre Andrea Mendo nel ſuo volume degl'Ordini Militari, cioè che non pretendo, come egli ſi dichiara, di eſaminare e ſtabilire, ſe tutti gli Ordini militari ſiano tenuti con leggi di Religione, e ſe a queſte ſiano obbligati dalle Bolle Pontificie, nelle quali furono approvati e ſtabiliti, eſſendo ciò fuori del noſtro aſſunto, che è di riferire, e dare notizia di tutti gli Ordini Equeſtri e Militari inſtituiti in varie parti del Mondo.

Si potrebbe anche teſſere il Catalogo in modo, che una parte di eſſo conteneſſe gli ordini ora eſiſtenti, e l'altra queſli, i quali per il decorſo degl' anni, e per altre cagioni ſono ſtati aboliti ed' eſtinti; ma perche nella Relazione di ciaſcuno ſarà ciò riferito, e la natura del Catalogo alfabetico comprende tutti, non ſi è fatta tale diviſione.

Si doverà anche avvertire, che havendo alcuni Ordini diverſi nomi (a cagione di eſempio li Cavalieri detti comunemente di Malta, furnno nominati Oſpedalieri, di S. Giovanni, Geroſolimitani e Rodiani) ſi porranno ſotto quel nome che piacerà, ſenza punto derogare al merito di eſſi. Così parimenti a ſuo luogo ſarà riferita la milizia inſtituita da Conſtantino Imperatore; quantunque queſta ſia da molti celebri Autori nominata Angelica, Aureata e Imperiale, ſi come parimenti è intitolata nel libro, in cui ſi contengono le Conſtituzioni, Bolle e Privilegi ſpettanti a tal' Ordine, e ſia ſtato queſto per ſentenza di molti gravi e antichi Scrittori (benche contradetto da qualche moderno) inſtituito avanti tutti gli Ordini Equeſtri; che perciò il dotto P. Giacomo Gretſero nel volume erudito della S. Croce al libro ſecondo capo 57. aſſerì che prima di tutti gli ordini contraſegnati dalla Croce, portavano queſto ſegno li ſoldati della milizia Conſtantiniana, mantenuta poi con ſucceſſione ereditaria dagli altri Imperatori di Oriente. E ad imitazione di eſſa furono contraſegnati con queſto fregio di milizia criſtiana tutti gli altri, i quali da diverſi furono inſtituiti; e tutti con il medeſimo motivo di Conſtantino, quale fu di glorificare l'inſtrumento principale della noſtra ſalute, e difenderlo da chi haveſſe ardire di oltraggiarlo, ſinquì il Gretſero.

Si gloria dunque queſt' ordine havere havuta la ſua origine dal Cielo allora quando (conforme alle Relazioni di Euſebio Panfilo, di Sozomeno, di Zonara e altri antichi Scrittori) circa l' anno 312. eſſendo

Con-

Conſtantino Imperatore timoroſo di combattere con Maſſenzio ſuperiore di forze, gli apparve in Cielo una Croce, ornata di queſte parole *In hoc ſigno vinces*, e perſeverando l' Imperatore nel dubbio, il Redentore del Mondo gli ſpiegò, che ſe dato haveſſe per diviſa a ſuoi ſoldati quel ſegno di noſtra ſalute, harrebbe riportata la vittoria; che perciò ubidì Conſtantino, e inalberato uno ſtendardo con tale inſegna abbellita d' oro e di gemme felicemente combattè e vinſe l' inimico. Ottenuta la vittoria ritenne ſempre tale inſegna, e alla cuſtodia di eſſa deputò cinquanta ſcelti ſoldati, come riferiſce nella di lui vita il ſopracitato Euſebio lib. 1. cap. 20, Quindi deducono l'origine delli Cavalieri detti Conſtantiniani, e il Michieli, il Mennenio e il Finicchiaro in prova della verità adducono una Tavola antica di Marmo, che ſi conſervava nell' Erario di Roma, nella quale ſi vedeva ſcolpito Conſtantino, il quale conferiva la croce alli Cavalieri, ſtando egli nel Trono imperiale, aggiuntavi la ſeguente Inſcrizzione.

CONSTANTINUS MAXIMUS IMPERATOR
POSTQUAM MUNDATUS A LEPRA PER MEDIUM
BAPTISMATIS, MILITES SIVE EQUITES
DEAURATOS CREAT IN TUTELAM
CHRISTIANI NOMINIS

Nè fu ſenza fondamento taleInſcrizzione,poiche nella iſtoria di Niceforo Caliſto al lib. 7. cap. 46. tradotta dall' eruditiſſimo Padre Frontone Duceo à carte 515. ſi legge, che Conſtantino ornò le Armi di tutti i ſoldati con il Santo Segno dalla Croce, accioche con la continua memoria di eſſa manteneſſero il culto e la venerazione del Redentore; così parimenti ſi afferma nella verſione di Giovanni Lango regio Conſigliere a carte 345. della Impreſſione Parigina fatta nel 1574. che perciò Prudenzio non meno antico che pio, e dotto Scrittore celebrando le glorie della S. Croce, nel deſcrivere l'eſercito vittorioſo di Conſtantino cantò

Chriſtus purpureum gemmati textus in auro
Signabat Labarum, Clypeorum inſignia Chriſtus
Scripſerat, ardebat ſummis crux addita criſtis.

Nelle quali parole (notò l'erudito Padre Giacomo Gretſero nel ſuo volume della S. Croce lib. 2. cap. 51.) che Prudenzio riferì non ſolamente la croce del Labaro, ma quella delli Scudi e degl' Elmi portati da Soldati, e che Prudenzio nel deſcrivere ciò non ſolamente accennò il coſtume uſato nel tempo in cui viveva, cioè nell' anno 390. ſotto l' Imperio

di

di Teodoſio Seniore, ma la verità di quanto ſi era operato nel tempo di Conſtantino pochi anni addietro; e Sozomeno che fiorì nel 440. nell' Imperio di Teodoſio juniore a note chiare lo confermò dicendo: *In ipſis armis ſalutaris trophei ſignum inſculpi curavit* parlando di Conſtantino.

A queſta origine ſi aggiungono i pregi della Confermazione del S. Papa Silveſtro, come racconta con altri nel ſuo Teſoro militare il Cavaliere Giuſeppe Michieli; ſi aggiunſero anche varii nobiliſſimi titoli chiamandoſi poi l' ordine Imperiale dal primo Inſtitutore, e altri Imperatori, i quali ſono ſtati capi e gran Maeſtri di eſſo; Angelico perche (ſecondo alcuni Scrittori) dopo haver veduto Conſtantino eſpreſſi con luce li Caratteri *In hoc ſigno vinces*, furono ripetute le medeſime parole dagli Angioli. Fu detto anche Aureato dalla Collana d'oro con la quale pendeva la croce ſul petto delli Cavalieri, e finalmente chiamato di S. Giorgio, alla Protezione di cui è ſottopoſto per molte apparizioni fatte dal S. Martire a favore di tal'ordine, mentre combattè contro gl' inimici della S. Fede.

E acciòche poteſſe queſt' ordine mantenerſi furono preſcritte Regole e diviſe in dieci capi preſe dalle Regole di S. Baſilio, e à richieſta dell' Imperatore Marciano furono da S. Leone Papa confermate, come appariſce nella Conſtituzione Imperiale di Leone Imperatore regiſtrata nel libro delli Privilegi del medeſimo ordine impreſſo, e dopo furono preſcritte altre Regole dall' Imperatore Iſaaco Angelo Flavio, publicate nel 1190. nel Capitolo tenuto in Conſtantinopoli.

Fiorì queſta milizia nello ſpazio di molt' anni, come appariſce nelle iſtorie; ma poi reſtò in gran parte diminuito, non del tutto eſtinto, poiche li Sommi Pontefici, e li Prencipi di Europa procurorono ſempre di mantenerlo con la loro protezzione; quindi Caliſto III. Pio e Pavolo II. Siſto IV. Innocenzo VIII. Pavolo e Giulio III. Pavolo e Pio IV. Siſto V. e Clemente VIII. gli conferirono grazie e privilegj, e Ferdinando II. nel 1630. nella Dieta di Ratisbona preſe ſotto la ſua Protezzione queſta ſacra milizia, confermando li di lei Privilegj, rinovati poi da Leopoldo Primo; ſicome nelli Regni ſoggetti alla Monarchia di Spagna furono confermati da Filippo II. III. e IV. Quali tutti furono prodotti in luce e ſtampati unitamente in Venezia, in Spagna, in Piacenza, e altrove nel ſecolo antecedente.

Celebre anche egli fu per il Governo di ſettantadue Imperatori parte Greci e parte Romani, i quali furono (come aſſeriſce il P. Andrea Men-

Mendo a carte 5. degli Ordini Militari, li ſupremi Maeſtri del medeſimo. Mancato poi l'Imperio de Greci, e mantenutoſi queſt' Ordine ſotto il governo della nobiliſſima Famiglia Angelo Flavio ultimo rampollo di tale ſtirpe, il quale acciòche non reſtaſſe affatto eſtinto fece una ſpontanea rinunzia della ſua Dignità al Sereniſſimo Duca di Parma e tutti i di lui Succeſſori, la quale fu confermata da Innocenzo XII. con Pontificio Diploma *Sincera Fidei* ſpedito a di 24. di Ottobre del 1699.

Quindi il Sereniſſimo Duca Franceſco ha procurato di rimettere in piedi e ridurre a nuovo ſplendore queſt'Ordine, rinovando Regole per il buon governo di eſſo, acciòche reſtaſſe maggiormente glorificato Iddio, da cui ricevè la ſua glorioſa origine.

Gli obblighi di ciaſcun Cavaliere ſi riducono alla obedienza, che devono profeſſare al Gran Maeſtro, alla Carità con cui amino Dio ſopra tutte le coſe, e ſiano preparati a dare la vita, per difendere l' onore di eſſo; e verſo il proſſimo giovando principalmente alle Vedove e Pupilli, procurando la pace fra gl' inimici. Sono tenuti a combattere per la Fede Chriſtiana, e ſe non poteſſero in perſona devono ſoſtituire due altri. Il reſto delle conſuetudini è regiſtrato nelle Regole e libro delli Statuti, rinovati dal Sereniſſimo Prencipe Franceſco Farneſe Duca di Parma e Piacenza Gran Maeſtro del medeſimo ordine, il quale ſarà maggiormente ſpiegato nelle brevi Relazioni anneſſe alle imagini delli Cavalieri, collocate ſecondo la Regola dell' Alfabeto nel ſeguente Catalogo.

MICHAEL ANGELUS
TAMBURINUS
Præpoſitus Generalis Societatis JESU.

CUm Librum, cui titulus: Ordinum Equeſtrium, & Militarium Catalogus: à P. Philippo Bonanni noſtræ Societatis Sacerdote conſcriptum, aliquot ejuſdem Societatis Theologi recognoverint, & in lucem edi poſſe probaverint; facultatem facimus, ut typis mandetur, ſi iis, ad quos pertinet ita videbitur, cujus rei gratiâ has Literas manu noſtra ſubſcriptas, & ſigillo noſtro munitas dedimus. Romæ 26. Junii 1711.

Michael Angelus Tamburinus.

Imprimatur, ſi videbitur

Reverendiſs. Patri Magiſtro Sac. Palatii Apoſtolici.

Dominicus de Zaulis Archiepiſcopus Theodoſiæ Vicegerens.

MAndante Reverendiſſimo Patre Paulino Bernardinio Sacr. Palatii Apoſtolici Magiſtro, diligenter inſpexi librum, ab Admodum Reverendo Patre Philippo Bonanni ita inſcriptum: *Ordinum Equeſtrium & Militarium Catalogus in imaginibus expoſitus &c.* in quo Eruditiſſimus Auctor, tot jam editis operibus clarus, non ſemel affirmat, vindicandæ brevis hiſtoriæ, in ſingulis CXXX. capitibus hic recenſitæ, provinciam à ſe non aſſumi, ſed iis Scriptoribus relinqui, quos ipſe appellat. Cum igitur hiſtoriæ Criterium expendere nequaquam jubear,

bear, & in eodem libro nihil diſſonum Catholicæ Fidei, aut moribus uſpiam offenderim; nihil etiam moratur, quin auctoritas edendi per eos accedat, ad quos pertinet impertiri. In quorum fidem ſubſignatam VI. Kal. Aprilis MDCCXI.

Franciſcus Blanchinus.

PEr comandamento del Reverendiſſimo Padre Paolino Bernardini Maeſtro del Sacro Palazzo Apoſtolico, ho letto con ogni attenzione il Libro Italico-Latino, intitolato: *Catalogo degli Ordini Equeſtri, e Militari &c.* compoſto dal Molto Reverendo Padre Filippo Bonanni Sacerdote della Compagnia di Gieſù, noto più che a baſtanza a i Letterati per più altre ſue opere, date alla luce; e in eſſo libro ho molto ammirato la facilità dello ſtile, la moltiplicità delle notizie, la ſomma fatica, e ſtudio, impiegato in adunarle, e diſporle; e finalmente la prudente, e ſavia cautela uſata da lui (ad effetto d' evitare qualunque impegno co' critici, troppo alle volte indiſcreti, e ſeveri) in regolare queſto ſuo Catalogo ſecondo l'ordine Alfabetico, con cui vien à togliere la materia di doglianza, a chi per avventura non ſi trovaſſe a ſuo grado poſto nel preteſo luogo di precedenza; e in contenerſi nelle brevi relazioni dell' origine, e de' progreſſi di detti ordini in forma, che laſciata di verificare l'iſtoria con un critico eſame, ſi dichiara pure relatore di quel, che ha trovato ſcritto preſſo gli Autori, a i quali ſi proteſta di non voler ſtare mallevadore, qual ora ſi trovaſſe aver eglino preſo qualche errore. Eſſendo dunque queſta opera così ben condotta, e compita in tutti i ſuoi numeri, e nulla eſſendovi per entro, che ſia contrario alla Fede Cattolica, e a i buoni coſtumi, ſtimo che poſſa, e debba permetterſene la ſtampa. In fede di che ho ſcritta, e ſottoſcritta la preſente di mia propria mano. Queſto dì 29. Aprile 1711.

Paolo Aleſſandro Maffei.

Imprimatur,

Fr. Joannes Baptiſta Carus Magiſter Reverendiſs. Patris Paulini Bernardini Sac. Pal. Apoſt. Magiſtri Socius Ord. Prædic.

Eques dictus ab Agno Dei

I.

Eques

ab AGNO DEI dictus.

IN hiſtoria, quæ de ordinibus Militaribus anno 1699. gallico idiomate typis edita fuit Aſtelodami, ſub numero 104. hic ordo refertur, cujus denominatio videtur accepta ab Icone Agni, quæ ex torque dependet, eaque dicitur proprium inſigne ejus ordinis fuiſſe. De origine antem nihil additur, nihilque de Equitum indumento & obligatione. In imagine, quam Author ejus voluminis expoſuit, miles exprimitur armatus ſerica faſcia cinctus, & brevi clamide ex humeris pendente ornatus. Additur tamen, ex ſcoticis Annalibus conſtare, Joannem Scotorum Regem, qui Boni cognomentum ſibi demeruit, die decima Julii anni 1564. ob ſuam inaugurationem celebri, deſiderans, gratas ſui animi vices aliquibus ſubditis oſtendere, eos tali torque decoraſſe. In nummo, ea ætate cuſo, ille exprimitur: Agnus à numiſmate dependet, à duobus Aligeris ſuſtentato, in quo imago noſtri Salvatoris, cum Epigraphe *Deus Protector noſter*. Quæ omnia clarius apparebunt in parte ſecunda ſub numero primo.

I.

Cavaliere detto dell'

AGNELLO DI DIO.

NElla Iſtoria di tutti gli ordini Militari, publicata in lingua franceſe nell'anno 1699. in Amſterdam, al num. 104. brevemente ſi fà menzione di queſt'ordine, la di cui denominazione ſembra originata da un Agnello, che pendente da una collana ſi dice eſſere ſtata inſegna propria di eſſo. Nulla ſi riferiſce della di lui origine, ne tanpoco, ſe gli aſcritti in queſt'ordine uſaſſero abito particolare. L'eſpreſſione fatta del Cavaliere è di un ſoldato armato, cinto con una banda, e con una piccola clamide, pendente dalle ſpalle. Si avverte però ſaperſi, che Giovanni Rè di Svezia, detto il Buono, volendo ricompenſare il merito di alcuni della ſua Corte alli 10. di Luglio nell' anno 1564. giorno ſolenne dalla ſua Coronazione, conferì quella Collana e inſegna alli medeſimi. La detta Collana ſi trova eſpreſſa in una moneta cuniata in quel tempo. L'agnello pende da una medaglia con l'effigie del noſtro Salvatore, e il motto *Deus Protector noſter*, e detta medaglia è ſoſtenuta da due Angeli nella forma come ſi eſpone nella parte ſeconda al nu. 1.

A

Eques Alcantaræ

II.
Eques ALCANTARÆ in Regno Legionis.

SUerus Fernandez ſimul cum fratre ſuo Gomeſio, ut Maurorum incurſiones fugarent, inſignes nobilitate apud Legionenſes Equites circa annum 1156. inſtituerunt. Eorum ordinem S. Juliani de Pirario dixerunt ex eo, quòd in oppido ejus nominis primum ordinis cœnobium inſtructum fuerit, auſpiciis Ferdinandi Legionis, & Galiciæ Regis, qui ſe ejus ſodalitii Protectorem in Diplomate anni 1176. nuncupavit. Illum Alexander III. an. 1177. ſub Regula Ordinis Ciſtercienſis approbavit; Lucius deinde III. an. 1183. confirmavit, & Gometium primum S. Juliani de Pirario Magiſtrum nominavit. Inſigne ſodalium tum fuiſſe Arborem Pirum viridem in campo aureo docent litteræ fraternitatis cum militibus S. Jacobi contractæ anno 1202. Manſit illud nomen, donec Alcantaræ oppidi poſſeſſione aucti milites fuerunt quam Alphonſus VIII. Rex Mauris eripuerat, donoque dederat Ordini Calatravenſi & hujus Magiſter ex conſilio Regis tradidit Nunnio Ferdinando III. Pirarii Magiſtro, ut ex eo, tanquam ex munitiſſima arce hoſtium vires cum ſuis militibus retunderet, ea lege, ut in poſterum hujus ſodalitii fieret Unio, & legibus Calatravenſium ſubjaceret;Inde Sede Alcantaram translata Didacus Sanctius IV.OrdinisMagiſter,aſſumpto titulo Magiſtri Calatravenſis, inſignibus Piri duos compedes, addidit,quos Calatravenſes diſcriminis ergo cũ cruce rubea geſtare ſolebant,&Alcantarę milites dixit. Beneficiis demum Lucii II. à Calatravenſium Poteſtate ſe eximentes, anno 1411. ab illis militibus auctoritate Benedicti XIII. crucis viridis figura florida in candido ſcapulari ad lævam ſe diſtinxerunt, quam n.2.indicat cũ antea cucullo & rubra faſcia tantùm diſtinguerentur,& Calatravę Equites eandem crucem rubeã in veſte candida retinuerunt. Caſtitatem ad normam D.Benedicti à prima ordinis Inſtitutione profeſſi ſunt;PaulusIII. anno 1540.matrimonium, uti Calatravenſibus, indulſit.Sublatis horum ordinum magiſtris,ab Innocentio VIII. impetratum eſt, ut honor ille ad FerdinandumRegem tranſcriberetur. Alexander VI. Leo X.& Adrianus VI. in Caroli V. gratiam ipſi, & Succeſſoribus, iſtos ordines ſemper adminiſtrandos conceſſere.

II.
Cavaliere
DI ALCANTARA
nel Regno di Lione.

SUero Fernandez con Gomeſio ſuo Fratello nobili del Regno di Lione per impedire le incurſioni delli Mori riſolverono circa l' anno 1156. inſtituire una Compagnia di Cavalieri ſotto la Regola Ciſtercienſe, che fù denominata di S. Giuliano del Pereiro, poiche fù inſtituita in un Caſtello così detto. Nel 1177. Aleſſandro III. l'approvò, e nel 1183. fù confermata da Lucio XIII. eſſendo primo Maeſtro di eſſa Gomeſio. Si racconta che la prima diviſa di queſt' ordine fuſſe un' albero di Pero in campo d' oro, e ſi denominò tale finche il Gran Maeſtro dell' ordine di Calatrave à perſuaſione del Rè Alfonſo VIII. donò à quello la terra d'Alcantara, tolta alli Mori, acciò la difendeſſe contro que'Barbari, con patto però che reſtaſſe l' ordine unito e ſoggetto all'ordine di Calatrave, che perciò Diego Santio, quarto gran Maeſtro dell' ordine del Pirario, aggiunſe all'inſegna del Pero due ceppi uſati nell' arme con la croce roſſa dell' ordine di Calatrava. Poſta la reſidenza in Alcantara preſero i Cavalieri il nome, e inſorte poi molte differenze fra queſti due ordini nel 1411. ſi ſepararono, e con l'autorità di Papa Benedetto XIII. preſero per inſegna la Croce verde gigliata eſpreſſa al num. 2.ſopra cappa grande di lana bianca, e in petto una croce d' oro ſmaltata di verde della ſteſſa figura, e fuori delle funzioni ſolenni la portano di ſeta ſopra il mantello nero, havendo uſato per l' addietro una ſola Banda con un capuccio, e l'ordine di Calatrava ritenne la croce di colore roſſo ſopra la veſte bianca. Profeſſavano voto di Caſtità come i Religioſi, ma poi per indulto di Pavolo III. nell' anno 1540. fù loro conceduto il poter prendere moglie. Morto l' ultimo Gran Maeſtro di queſti due Ordini Innocenzo VIII. trasferì la Dignità al Rè Ferdinando, e poi per Decreti di Aleſſandro VI. Leone X. e Adriano VI. fu conceduta à Carlo V. e à tutti i di lui Succeſſori Monarchi delle Spagne.

Eques dictus Amarantę

III.

Eques

AMARANTHÆ

dictus.

AMaranthæ nomen à flore immarceſcibili Chriſtina, Suecorum Regina, ſibi impoſuit, cum Stocholmi ordinem Equeſtrem fundavit, cujus Aſſeclæ fideles ſe fore ſpondebant, ut ab omni infortunio illam defenderent; Virtutem & Juſtitiam etiam promoturos, nihilque acturos, quod animum nobilem dedeceret. Singulis illa clamydem donavit e ſerico purpuream, ſupra quam acu pictum erat ejus ordinis Emblema, ſcilicet. Bulla aurea, gemmis exornata, in qua duæ litteræ A ſibi adverſantes. Hæ in circulo erant ex foliis lauri compoſito, illumque faſcia alba circundabat his vocibus Italicis inſcriptis. *Dolce nella memoria*. Hæc omnia expreſſa ſunt ſub num. 3. hoc idem Emblema aureum e torque pendebat, quo ſinguli exornabantur. In tali ordine quamplurimi magnates numerabantur; ſed Chriſtina e vivis erepta, eorum memoria pariter evanuit.

III.

Cavaliere detto dell'

AMARANTA.

CHriſtina Regina di Suezia, che ſi reſe ammirabile per la rinunzia fatta del Regno nel 1653. ſotto il Pontificato di Innocenzo X. in ogni luogo, ove fu, laſciò ſegni di Munificenza, e di Gloria. Tra le altre nobili impreſe ſi riferiſce un' ordine di Cavalieri, da lei inſtituito in Stocholm capitale di Suezia. Queſti nell' eſſere ammeſſi nell'ordine promettevano a lei fedeltà, e di difenderla da ogni infortunio, di promuovere la virtù, e la giuſtizia, e di abborrire le azzioni indegne di Cavaliere. Prendevano dalle mani della Regina un manto di ſeta di colore cremiſino, con l' inſegna dell'ordine poſtavi con ricamo. Era queſta un gioiello di diamanti con due lettere A contrapoſte tra ſe, e ſituate in un circolo formato con foglie di lauro, legate con faſcia bianca, ſopra cui era ſcritto. *Dolce nella memoria*, come ſi vede al n. 3. oltre queſto portavano dal Collo pendente da una collana d'oro lo ſteſſo emblema. In queſt'ordine reſtorono aſcritti molti Principi, e fu inſtituito l'ordine dopo una feſta celebrata dalla Regina con grande magnificenza, e in memoria della medeſima, in cui la Regina ſi fece chiamare Amaranta, nome preſo dal fiore immarceſcibile, cioè immortale. Ma neceſſitata dalle comuni leggi di natura, fu ſoggetta à morire, e con la di lei morte ſi abolì anche queſt' ordine di Cavalieri.

Eques S. Antonij in Ethiopia

IV.

Eques S. ANTONII in Æthyopia.

HUnc ordinem fuiſſe inſtitutum anno 370. narrant Scriptores ad debellandos fidei catholicę hoſtes à Jo: Imperatore Æthiopiæ, qui cũ pretioſus vocaretur, poſtea Prete-Janni à vulgo dictus eſt. Regulam accepit à S. Baſilio Magno ſub invocatione S. Antonii, qui ejus imperii eſt Patronus. In duas Claſſes dividitur ordo: altera earum monachos continet, altera milites. Hi crucem ſuperius & ad latera liliatam ferunt, coloris cærulei in cãpo nigro ut apparet ſub n. 4. eamq; aureis filis circumdatam voluit Philippus Jo: filius. Hunc ordinem primũ S. Baſilius approbavit, poſtea S. Leo Pontif. deinde S. Pius V. Eadem ſtatuta obſervant Equites, quæ Conſtantiniani, & votũ emittunt profundendi ſanguinem, ſi neceſſe ſit, pro catholica fide. Magiſter ordinis ſuã habet ſedẽ in Inſula Meroe, ipſi ſubjecta. Innumera ferè monaſteria poſſidere narratur, in quibus ſunt *Abbates Monachi* & Abbates Militares quorum quiſque ſuis ſubditis imperat, ſed omnibus Magnus Magiſter præeſt. Ritum illum eligendi fusè narrat Juſtinianus pag. 67. In ejus aula famulantur centũ Equites qui dicũtur magnę Crucis; 2500. Equites inferiores, præter centum famulos. Equitis indumentũ antiquitus tunica erat lanea ultra genua extenſa, quam crux decorabat, in ſolemnibus functionibus cucullam addebat circa collum criſpatam, cum manicis amplis uſque ad terram protenſis, Caput bireto quadrato operiebatur: at decurſu temporis diverſam formam habuit, eamque eſſe aſſerit Juſtinianus, quæ à nobis exponitur, à Cæſare Veccellio delineata.

IV.

Cavaliere di S. Antonio in Etiopia.

GIovanni Rè di Etiopia, nominato il pretioſo, e poi per corruzzione di voce il Prete Janni, a fine di eſtirpare gl'inimici della Fede cattolica, inſtitui circa l' anno 370. queſta ſacra milizia con l' aſſiſtenza del S. Veſcovo Baſilio il grande, ſotto l'invocazione di S. Antonio, Protettore di quel Regno, e per cõtraſegno diede una croce da portarſi in petto di colore azzurro in cãpo nero, la quale aveſſe le tre eſtremità ſuperiori in forma di giglio, come appariſce ſotto il num. 4. Fù poi ampliato queſt'ordine da Filippo figliuolo di Giovanni, e aggiunſe alla croce un filo d' oro da cui è circondata. Le conſtituzioni ſono ſimili à quelle dell' ordine Conſtantiniano. Si riconoſce in eſſo un ſuperiore, detto il Grande Abbate militare; & eſſendo l'ordine diviſo in due Claſſi, una delle quali contiene i Cavalieri ſoldati, l'altro i Monaci, e Religioſi, ſi elegge à vicenda da eſſa. Il modo della elezzione è deſcritta dal Giuſtiniani à carte 67. Il Gran Maeſtro vive con gran pompa nella ſua Reſidenza, che ha nell' Iſola Meroe, e ha nella ſua corte 100. Cavalieri di gran Croce, e 2500. di riga inferiore, oltre 100. ſerventi. L'abito antico era una tonaca nera di lana ſino à mezza gamba con in petto la croce; quando aſſiſtevano alle ſunzioni ſolenni portavano una cocolla increſpata attorno al collo con maniche larghe e ſteſe ſino a terra; in teſta una berretta quadra. Dopo col decorſo del tempo ſi è mutato, e riferiſce il Giuſtiniani che ora ſia come ſi eſprime dalla imagine addotta, preſa dal libro di Ceſare Veccellio, cioè molto ricco di Drappi di ſeta e panni fini.

IV.

Eques S. ANTONII in Ethyopia.

HUjus militiæ ... Scripturæ ad ...

Cavalieri di ...

S. Antonij in Æthiopia Religioſus

V.
Ordo Sacer
S. ANTONII in Æthyopia.

POſtquam Joannes militum ordinem inſtituerat ſub invocatione S. Antonii, ut armis contra Infidelium incurſiones dimicarent, pro certo habēs validiora arma contra illos ſacras preces exiſtere, alium ordinem Religioſorum monachorum ſub eadem invocatione inſtituit, quibus nigram veſtem præſcripſit, cruce cianea obſignatam formam litteræ T exprimente, quam ante pectus D. Antonii pependiſſe veteres Annales tradiderunt. Illam ſub num. 5. expreſſimus. Uterque Ordo Sacer, & militaris, in Inſula Meroe, a flumine Nilo circumdata, & Equitibus donata a Philippo, Joannis Regis filio, ſtationem poſuit, & ſub Regula S. Baſilii militat, confirmatus, a S. Leone ſummo Pontifice, & a S Pio V. Sed ob errores Schiſmaticorum ab Eccleſia Romana utraque Ordinis Claſſis eſt diviſa. Utraque proprium Abbatem Generalem agnoſcit, & omnibus Magnus Abbas ſeu Magiſter præeſt, qui viciſſim ab utraque eligitur: Ad claſſem monachorum milites tranſire poſſunt, ut vitam in ea ſanctiorem ducant in ſenectute. Oblati & famuli etiam numerantur, quibus peculiaris Prior moderatur. Veſtis eorum fere ſimilis erat veſti militum, manicas tamen anguſtas habebat, caput amplum Caputium tegebat monachorum more, qui ſub Regula S. Baſilii militant; modò tamen tunicum nigram retinent uſque ad terram protenſam, cum parvo caputio in terga dependente, caput autem bireto quadrato, ut plurimum cianeo plicabili contegunt ut Icon oſtendit.

V.
Ordine Sagro di
S. ANTONIO in Etiopia.

DOpo che Giovanni Rè di Etiopia inſtituì l'ordine delli Cavalieri, come ſi è detto, deſtinati all'eſterminio degl'Inimici della Fede cattolica, conſiderando che arme più potente a tal fine erano le orazioni delli Religioſi, inſtituì anche un ſecondo ordine di Monaci, dando loro l'abito nero, ſegnato con croce azzura di forma ſimile alla lettera T. conforme a quella, che ſi riferiſce eſſere ſtata portata ſul petto dal S. Anacoreta Antonio, tutelare di quel vaſtiſſimo Regno, eſpreſſa al num. 5. L'uno e l'altro ordine ha la reſidenza nell'Iſola Meroe, ſituata nel mezzo del fiume Nilo, donata alla medeſima Religione dal Rè di Etiopia. Oſſervano queſti Religioſi conſtituzioni della Regola di S. Baſilio. L'uno e l'altro ordine fù confermato da Leone, e poi dal S. Pontefice Pio V. benche poi inſorti gl'errori delli ſciſmatici, ſi ſiano ribellati dalla Chieſa Cattolica. Riconoſcono un Abbate Generale e Superiore a gli altri Abbati, dalli quali ſi governano li monaſteri. All'ordine monachale poſſono eſſere aſcritti i Religioſi dell'ordine Equeſtre, ſe à quello vogliono paſſare, per vivere con più quiete e ſantità di coſtumi nella loro vecchiaia. Hanno ſerventi negli Offizii delle Abbazie, e vivono in chioſtro ſeparato ſotto la cura di un Priore. Fanno profeſsione di ubidienza al ſuperiore, e di caſtità coniugale, ſe vogliono prendere moglie, cō cui però vivono fuori del monaſtero. La veſte è una tonaca nera con maniche ſtrette, un capuccio, pende dietro le ſpalle, e in teſta è un berrettone di panno, ordinariamente turchino.

Ord. S. Antonij in Æthyopia
Magnus magister

VI.
Magnus Abbas ſeu Magiſter Equitum S. ANTONII in Æthyopia.

DIximus ordinem militarem S.Antonii in Æthyopia diviſum eſſe in Milites & Monachos,qui non armis, ſed precibus pro fide dimicarent. Hos etiam proprius Abbas dirigit, ſicuti milites proprium agnoſcunt. Utriſque tamen Magnus Magiſter præeſt, qui Magnus Abbas vocitatur. Is eligitur à viginti quatuor Equitibus, quorum duodecim milites ſunt, duodecim verò monaſticam vitam profitentur; ita ut, alternatim ex utroque Cœtu eligatur. Ritum electionis fusè expoſuit Eques Juſtinianus de Ordin. Militar. tom 1. pag. 67. Veſtis, qua utitur magnus Abbas, e cætu monachorum electus, tunica eſt lanea & nigra uſque ad medias Tibias producta, ſupra quam cucullam addit amplam circa collum criſpatam, manicas habentem amplas uſque ad terram productas. Supra pectus crucem cæruleam, cæteris majorem, affixam oſtentat, ob quam a cæteris monachis diſtinguitur. An talem habitum hac noſtra ętate gerat, incertum eſt. In hiſtoria Æthyopiæ, à Ludolpho impreſſa, ſolùm narratur magnum eſſe in ea Regione monachorum numerum, qui ſupradicta cruce diſtinguuntur à cæteris, ſub Regula S. Baſilii viventes, & nihil additur de eorum indumento.

VI.
Il Grande Abbate o Maeſtro delli Cavalieri di S. ANTONIO in Etiopia.

SI è detto che l' Ordine Equeſtre di S. Antonio in Etiopia è diviſo in Religioſi militari, e Religioſi, i quali profeſſano vita monaſtica, e ſicome quelli ſi eſercitano nelle azzioni delle Armi, così queſti attendono agli Eſercizj della orazione, con cui combattono contro l'empietà degl'infedeli.L'una e l'altra claſſe riconoſce un proprio ſuperiore, dal quale ſono governati, e à tutti preſiede un gran Maeſtro,il quale ſi chiama il Grande Abate. Si elegge queſto à vicenda dall'una e l'altraClaſſe; in modo che una volta governa uno dell' ordine Equeſtre, e dopo lui uno dell' ordine monacale; Viene eletto da dodici Cavalieri e dodici Monaci,ſcelti fra gli altri come i più degni,e meritevoli. Il modo, e le cerimonie, con le quali ſi celebra l' elezzione ſono diffuſamente raccontate dal Cavalier Giuſtiniani nel ſuo primo Tomo degli ordini Equeſtri à carte 67. L'abito monacale del Gran Maeſtro conſiſte in una tonaca nera di lana lunga fino a mezza gamba, ſopra cui è una cocolla con maniche larghe fino a terra, e increſpata attorno al collo. In petto tiene una croce di colore turchino più grande di quella, uſata dalli Monaci ſubordinati.Se queſto abito ſia uſato in queſti tempi è incerto. Il Ludolfo, che ſcriſſe l' iſtoria di Etiopia, nulla dice di eſſo, benche accenni eſſere in quel Paeſe molti monaci, i quali vivono ſotto la Regola di S. Baſilio.

Eques S. Antonij in Hannonia

VII.
Eques
S. ANTONII
in Hannonia.

CUm Guilielmi IV. Progenies omninò defeciſſet, Imperator Ludovicus Bavarus Regionibus Olandiæ, Zelandiæ, & Friſiæ potitus jure fuit Margaritæ, Sororis Guilielmi, quam duxerat in uxorem; & Albertus Bavarus ejuſdem Imperatoris Nepos, cum Dominium in Hannonia teneret, ordinem Equeſtrem inſtituit ſub invocatione S. Antonii Abbatis (ejus initium fuiſſe anno 1382. ſub Urbano VI. affirmat Elias Aſmoles) Id egit Albertus, ut cæteros Europæ Principes ęmularetur in ſacro bello contra Turcas, Terram Sanctam occupantes, ad quam ipſemet proficiſci decreverat. Verùm ob diſſidia inter Principes oborta, ſepoſitis Armis, milites etiam defecerunt. Eorum inſigne cingulum erat, quo Eremitæ utuntur, a quo baculus & campanula aurea dependebat, ſicut demonſtrat imago & numerus 6. inſignium.

VII.
Cavaliere
DI S. ANTONIO
in Annonia.

PEr la mancanza della linea di Guglielmo IV. paſsò al Dominio di Olanda, Zelandia, e Friſia l' Imperatore Lodovico Bavaro con le raggioni della Moglie Margarita, Sorella dello ſteſſo Guglielmo. E godendo Alberto Bavaro, Nipote dell' Imperatore il Dominio in Annonia, fondò l' ordine equeſtre, denominato di S. Antonio Abate. Elia Aſmole riferiſce eſſere ciò accaduto nell'anno 1382. ſotto il Pontificato di Urbano VI., e dice che il motivo fù per la ſacra lega meditata in Europa dalli Prencipi di quel ſecolo, a fine di ricuperare la Terra Santa dal Dominio de Turchi, e a quella haveva riſoluto di portarſi in perſona Alberto; ma per la diſcordia poi inſorta, ſicome furono depoſte le Armi, così ceſsò il Progreſſo di queſt' ordine. L' inſegna era una cintura, ſimile a quella uſata dagli Eremiti, dalla quale pendeva un piccolo baſtoncino d'appoggio e una campanella, il tutto d' oro, come appariſce nella imagine, e più diſtintamente ſotto il num.6. delle inſegne.

Eques Annuntiationis

VIII.
Eques ANNUNTIATIONIS Angelicæ apud Sabaudos.

INſtituit hunc ordinem Amadeus VI. Sabaudiæ Comes, anno 1409. eumq; inſigniri voluit aureo torque, figura collaris canis efformato, ex quo laminæ quatuor catenulis aureis connexæ penderent, nodis inſuper Sabaudicis, quos ab Amoribus nuncupant, arte implexis. In illis quatuor caracteres F. E. R. T. inſerti videbantur, ut expreſſimus num. 7. Tali elogio magnitudinem gloriæ Amadeo primo Sabaudiæ comiti dedit *Fortitudo ejus* quæ *Rhodum tenuit*, Rhodienſi Urbe Turcis erepta ſeu defenſa, ut Sabaudię Annales teſtantur. Ejus ordinis ſtatuta retulit Sanſovinus de orig. Equeſtrium Ordinum pag. 111. Ejuſdem torquis forma retenta fuit uſque ad annũ 1518. deinde Carolus III. ordinem dicavit B. Virgini die feſto Annuntiationis Angelicæ, in cujus memoriam addidit numiſma ejus imagine decoratũ. Torquem autem formavit roſarum ramulis, caracteribus ſimul & nodis cõnexis, quibus quindecim Roſarii myſteria exprimuntur encauſtico albo & rubro. Die, quo equiti demortuo juſta perſolvebantur, Equites induebant amplam cappam albam, quæ poſtea in nigram commutata fuit. In ſolemnibus functionibus utuntur clamide ſerica ampla e collo pendente coloris rubri cujus fimbriæ aureis encarpiis roſeiſque floribus exornantur. Ejuſdem interior facies albo ſerico tegitur, addito torque aureo, qui ſupra pectus ab humeris pendet, ut apparet in imagine. Torquis verò clarius patet ſub num. 7.

VIII.
Cavaliere della Santiſſima ANNUNZIATA in Savoja.

INſtituì queſt' ordine nobiliſſimo Amadeo VI. Conte di Savoia, e per inſegna gli diede una collana d' oro formata da nodi, quali ſi dicono di Amore; e lamine, nelle quali erano ſcolpite quattro Catatteri F. E. R. T. e ſignificavano *Fortitudo ejus Rhodum tenuit*; cioè la di lui fortezza ritenne e conſervò Rodi, alludendoſi alle glorie di Amadeo primo, il quale tolſe, o pure difeſe contro i Turchi l' Iſola di Rodi. Sono riferiti li ſtatuti di queſt' ordine da Franceſco Sanſovino nell' origine degli Ordini Equeſtri. Tal forma di collana durò ſino all' anno 1518. dopo havuto il principio nel 1409. Sinche Carlo III. moſſo dalla Divozione e amore verſo la Beatiſſima Vergine; nel giorno dedicato alla di lei Annunziazione, lo dedicò alla Protezzione della medeſima, e vi aggiunſe una Medaglia, in cui era eſpreſſo queſto Miſtero; e volle che la Collana foſſe compoſta di rami di roſe, di nodi, e di piaſtrelle aſſieme concatenate, nelle quali con ſmalto bianco e roſſo foſſero eſpreſſi li quindici Miſteri del Roſario. L' abito uſato dalli Cavalieri nel giorno in cui ſi celebravano l' eſſequie ad uno di eſſi defonto, era un manto di colore bianco, il quale fu poi mutato in nero. Ma quello adoperato nelle funzioni ſolenni è un manto, o cappa molto ampia di ſeta roſſa, foderata di ſeta bianca, l' eſtremità di cui ſono ricamate con oro e roſe: alcune volte fu uſata di colore celeſte. Dalle ſpalle pende avanti il petto la ſopradetta collana, la quale nelli giorni non ſolenni è portata di mole aſſai minore dalli Cavalieri di queſt' ordine, e tutto ſi è eſpreſſo nella imagine, al numero delle inſegne 7.

Eques de Auis seu Auisius

IX.

Eques

AVISIUS ſive de AVIS

in Luſitania.

IN referenda Equitum Aviſiorum origine valdè inter ſe diſcrepant Scriptores. Cum omnia perpendere in hoc brevi catalogo nobis non liceat, ea, quæ certiora viſa ſunt, delibabimus. Cum igitur Alphonſus I, Rex Luſitaniæ, judicaret Urbem Eborenſem locum aptum ad Mauros debellandos, decrevit in ea caput, & Magiſtrum Equeſtris militiæ ponere anno 1162. annuente Alexandro III. Summo Pontifice, atque Eborenſis militia primùm dicta fuit. Cum autem Aviſium Caſtrum Alphonſus, Magiſter ordinis expugnaſſet, ad illud milites commigrarunt, in quo citius debbellare Mauros poſſent; Manſit inde ordini Avenſium nomen, quem Innocentius III. anno 1204. ſub Regula Ciſtercienſi. confirmavit. Cæterum cum Rodericus Garzias, ſeptimus Calatravæ Magiſter, Aviſios multis bonis locupletaſſet, illi ſe Calatravenſium legibus in ſignum grati animi ſubiecere; deinde Petrus VIII. Rex Luſitaniæ, Aviſios a Calatravenſibus ſejunxit, crucem viridem geſtantes, ſublata pyro arbore ad alcantarenſium diſcrimen, cum antea rubeam & eandem cum Calatravenſibus præferrent. Ex antiquo ordinis ſigillo Franciſcus Rodericus affirmat habuiſſe duos pullos aquilarum ad baſim crucis ut ſub num. 8. apparet. Hinc Authores aliqui hos duos ordines confundunt, qui tamen diverſi fuerunt. Habitus ordinis Avenſis fuit ſcapulare, cui aſſutum erat caputium, quod cum præliantes impediret, à Bonifacio IX. mutatum fuit in ſcapulare brevius, & crucem viridem liliatam, auro circumdatam, cum toga capitulari ex candida lana, ut apparet in Icone. Olim caſtitas ſervabatur, poſtmodum conjugalem profitentur.

IX.

Cavaliere

DETTO DE AVIS

in Portogallo.

NOn convengono gl' Iſtorici nell' aſſegnare l' origine di queſta milizia, e molti la confondono con l' ordine di Calatrava, altri con quello di Alcantara. Non eſſendo qui luogo di eſaminare le raggioni di tutti, accennaremo ciò che ſi ſtima più certo; cioè, che Alfonſo I. Rè di Portogallo, giudicando eſſere la Città di Euora luogo più idoneo per reſiſtere alle violenze delli Mori, inſtituì un' ordine di Cavalieri, ſotto la Protezzione della B. Vergine, e posò la reſidenza del Gran Maeſtro nella medeſima. Havendo poi Alfonſo Maeſtro dell' ordine eſpugnato il forte Caſtello, detto de Avis, ove i Mori ſi erano fortificati, eleſſe queſto per abitazione, e ſi denominò l' ordine de Avis, confermato da Innocenzo III. nell' anno 1204. Conferì al medeſimo ordine molti benefitii Roderico Garzia, ſettimo Gran Maeſtro dell' ordine di Calatrava; onde per moſtrarſi grati i Cavalieri ſi ſoggettorono alle leggi di quello. Sinche Pietro, VIII. Rè li ſeparò e aſſegnò loro per diſtintivo ſenza l' albero di pero una croce verde gigliata. In un ſigillo antico eſſerſi veduti due polli di Aquila ſotto la croce viene riferito da Franceſco Radeſio, come ſi vede ſotto il num. 8. Profeſſavano voto di caſtità religioſa, ma dopo per conceſſione apoſtolica mantengono la coniugale. L' abito antico era uno ſcapolare con capuccio, ma perche impediva il combattere, Bonifacio IX. lo mutò in uno più corto, fregiato della croce ſopradetta, profilata d' oro. L' abito capitolare è un manto lungo bianco di lana fregiato nella parte ſiniſtra della croce ſopradetta, come appariſce nella imagine,

Eques Balnei in Anglia

X.

EQUES BALNEI IN ANGLIA.

NArrant Scriptores, Henricum IV. Angliæ Regem ea die, qua inauguratus fuit, Equites creaſſe 46. Armigeros, qui præcedente nocte vigilãtes balneo uſi fuerunt. Singulis tunicas virides ad talos demiſſas & pellitas donaſſe, eoſque geſtaſſe duplicem funiculũ ex albo ſerico ab humero ſiniſtro dependentem. Vix credibiles videntur Ritus & cæremoniarum diverſitas, quæ in inſtituendis hujuſmodi equitibus antiquitus adhibebantur; Illas paucis indicabimus. Qui ad hunc ordinem à Rege eliguntur primum eremiticam veſtem cineritiam, & pileolo lineo induti accedunt; ſimul cęnant, ſinguliſque miniſtrant duo armigeri, & puer aſſecla. A cœna in cubiculum ſe recipiunt, ubi ſingulis lectulus cum velariis rubris extat, & vas balneatorium, in quo, cum ſe Deo commendaverint, ſe abluunt, ut deinceps corpore & animo mundo eſſe admoneantur. Mane inſtrumentorum muſicorũ ſono excitantur, eaſdemque veſtes induunt. Tunc Angliæ Mareſcallus, & alii a Rege conſtituti, eis jusjurandum proponunt, quo Deum colere ſupra omnia promittant, Eccleſiam defendere, Regem honorare, juſtitiam propugnare, Viduas, Virgines, & Orphanos tueri. Hæc cum juraverint muſicis præcedentibus cubicula repetunt, ubi Eremiticas veſtes exuti clamydem oloſericam, Enſem, galerum candidum candidis plumis ornatum induunt, Equos deinde, ſella & ephipiis pellibus nigris & albis exornatos, & cruce fronti præfixa conſcendunt. Ante ſingulos Aſſecla geſtat gladium capulo inaurato, de quo pendent aurea calcaria Hac pompa tubis perſonantibus ad Regiam itur, ubi Rex jubet calcaria imponi à duobus Equitibus ſenioribus. Deinde ſimul omnes prandent, & poſt prandium ſacellum ſacrũ adeunt, ubi gladium ſupra altare deponunt, illumque, dato pretio, redimunt. Die Coronationis Regis illum comitantur, clamyde cærulea induti, & nodo ex albo ſerico in formam crucis efformato cum capitio ad humerum ſiniſtrum. Pro teſſera ſolent tres aureas coronas in orbe aureo expreſſas habere, addita hac ſcriptione *Tria in unum*. & Laciniæ ex biſſo purpureo appenſas præferre, Cerne imaginem & ſub num. 9 inſignium. Hunc ordinem exoleviſſe narrat Gulielmus Camdenus. Vide Franciſcum Redi in Adnotationibus libri, cui titulus eſt Bacco in Toſcana pag. 149. ubi varios ritus refert, quibus ejuſmodi milites in Etruria inſtituti fuerunt.

X.

Cavaliere detto del BAGNO in Inghilterra.

SI racconta che Enrico IV. Rè d'Inghilterra, nel giorno della ſua incoronazione eleſſe 46. Cavalieri, i quali nella notte precedente havevano uſato il Bagno, dando loro una tonaca verde, da cui nella ſpalla ſiniſtra pendeva un doppio cordone di ſeta bianca, terminato con fiocchi. Sopra queſta portavano un manto turchino, e in capo un berrettone tondo bianco, ornato di candide piume. E quaſi incredibile la varietà delle cerimonie, uſate nella inſtituzione di tali Cavalieri. Per riferirle in compendio deve ſaperſi, che nel giorno antecedente l' eletto a queſto grado veſtiva una toga di Eremita di colore di cenere, e con berrettino bianco, cenava cõ tutti gli altri, ſervito ciaſcuno da 2. ſcudieri, e un paggio. Dopo cena ſi ritiravano in camera, ove era un letto con cortine roſſe, e vicino ad eſſo il Vaſo per il Bagno, nel quale, dopo eſſerſi raccomandati à Dio, ſi lavavano, in ſegno di dover eſſere per l' avvenire puri nel corpo e nell'animo. Verſo la mattina erano chiamati cõ ſuoni e muſica, e veſtiti delle veſti iſteſſe, a richieſta del Mareſciallo giuravano di amare Dio ſopra ogni coſa, difendere la Chieſa, honorare il Rè, difendere le Vergini, e le Vedove, e i pupilli. Dopo precedendo inſtrumenti muſicali tornavano in camera, dõde veſtita una clamide di ſeta, e cinti di ſpada ſi trasferivano a cavallo, riccamente addobbato di finimenti bianchi e neri, con croce in fronte, e poi alla Regia precedendo trombe e ſcudieri, i quali portavano ſpada, ſperoni e elmo; e giunti reſtavano armati di tali inſegne da due Cavalieri più anziani. Ciò fatto erano tutti trattenuti con un lauto banchetto, dopo il quale andati alla Cappella Reale ſi deponeva la ſpada ſopra l'altare, e la riprendevano con pagare il prezzo. Nel giorno della Coronazione Reggia accompagnavano il Rè veſtiti con l'abito ſopra deſcritto come moſtra l'imagine, e per inſegna cõtinua havevano uno ſcudetto d'oro cõ trè corone, e d' intorno queſte parole *Tria in unum*, come ſi vede tra le inſegne ſotto il n. 9. Il Camdeno riferiſce che tal genere di Cavaliere non è più in uſo. Franceſco Redi nelle annotazioni al ſuo Bacco in Toſcana, riferiſce molte cerimonie anticamente uſate in Toſcana nella inſtituzione di ſimili Cavalieri detti del Bagno o Bagnati.

Eques Bandæ in Hiſpania

XI.
Eques
B I N D Æ
dictus in Hiſpania.

MOs olim in Hiſpania erat, ut Equites Tyrones antequam inter Equites cooptarentur, una nocte vigilarent, & ante Altare depoſitis armis noctem orationibus traducerent, poſteroque die in miſſarum ſolemniis ab ordinis Preſide militari Baltheo,ſeu tenia rubra quatuor digitis lata honoris ergo donabantur.A ſiniſtro humero ſub dextero bracchio dependebat. Illam pardi coloris nonnunquam fuiſſe apparet in hiſtoria Regis Joannis II. Hujuſmodi ordinis Author Alphonſus, Caſtellæ Rex,fuiſſe dicitur, qui regnabat ſub annum 1320. Seſe ille tali Baltheo cinxit, ſeque magiſtrum ordinis appellari juſſit.In eum, juventutis excitandæ gratia, ſolummodo eligebantur nobiles,natu minores,qui adeò opima patrimonia non poſſiderent, quique decem ſaltem annos in caſtris & Aula verſati eſſent; Illis impoſita erat lex arma ſuſcipiendi pro Eccleſia Catholica tuenda contra Infideles, fidem Regi ſervandi, aliorumque onerum, quæ Juſtinianus & Sanſovinus retulerunt. Ad quę juramento ſe ſe obſtringebant, non ſub peccati lege, ſed ad ſubeundas pœnas, ad Regis arbitrium imponendas. Hunc ordinem ampliavit Joannes primus, Caſtellæ Rex, cujus Filius Ferdinandus anno 1412. ad Regnum Aragoniæ tranſtulit. Ejus ſuprema dignitas in Hiſpaniarum Regibus reſidet;Equitis imaginem damus ſola ejuſmodi Binda ſive faſcia rubra inſignitam ſicuti ſub n. 10. illa exprimitur.

XI.
Cavaliere nominato
DELLA BANDA in Spagna.

FU coſtume antico nellaSpagna,che chiunque doveva eſſere aſcritto a qualche ordine Cavalleresco e Militare, depoſte le Armi ſopra un' altare, tutta la notte vegliando ſi occupaſſe in orazioni,e nel giorno ſeguente,mentre ſi celebrava meſſa ſolenne il ſupremo Maeſtro di quell' ordine imponeſſe al novello Cavaliere una banda, larga quattro dita,di ſeta roſſa,la quale pendeſſe dalla ſpalla ſiniſtra verſo il fianco deſtro, e queſto era il ſegno dell' onore ricevuto, e del nobile grado, a cui era ſtato eſaltato. Il primo Autore di queſt'ordine ſi dice foſſe Alfonſo XI.il quale volle eſſere chiamato Gran Maeſtro di eſſo, e uſare l' iſteſſa Banda in ſegno della ſua Dignità. Eſſere ſtata di colore ſimile alle pelle del Pardo, ſi riferiſce nella iſtoria di Giovanni II. A tal grado erano eletti ſolamente i figliuoli di perſone nobili,nati dopo il Primogenito, e di poche facoltà: queſti dovevano haver militato, o ſervito in corte almeno dieci anni.Le obbligazioni di eſſi erano il prendere le armi per difeſa dellaS.Fede contro gl'Infedeli,di mantenere la fede al Rè, e di altre coſe, diſtintamente riferite dal Giuſtiniani, e Sanſovino.Alle qual però non ſi obbligavano con pena di peccato mortale, ma con giuramento di ſottoporſi alle pene dall'arbitrio del Rè determinate. Fù ampliato queſt' ordine da Giovanni I. Rè di Caſtiglia, e poi da Ferdinando I. traſferito nel Regno di Aragona circa l'anno 1412.Hora il Governo di eſſo riſiede nelli Monarchi di Spagna. Qui ſi è eſpoſta l'imagine d' un Cavaliere, ornato della Banda ſopradetta, e la banda al num. 10.

Eques Banneretus

XII.

Equites

BANNERETI.

EX veterum monumentis habemus à Principibus ſubditos ad quoſdam gradus nobilitatis elatos fuiſſe ob facultatem illis datam milites conſcribendi, eoſque ſub proprio vexillo ducendi, ut ipſis Principibus auxilium cum opus eſſet præſtarent. Hinc milites Bannereti dicebantur, (ut aït Du Gange in ſuo Gloſſario) & inter nobiles primarios habebantur. Ignoramus tamen quo nã tempore hujuſmodi Equites primùm inſtituti fuerint. Sibi ſuaſerunt aliqui, illos exortos ſub Imperio Conſtantini Magni, cum quinquaginta ſelectis Equitibus Labari cuſtodiam tradidit. Varios fuiſſe ritus apud Reges illos eligendi fusè retulit Juſtinianus pag. 135. Galea cælata uti illi poterant, Equites aurati apud aliquos dicebantur ob aureum Calcar illis tributum. Hujus generis Equites paulatim deleti ſunt, ne authoritate contra ſuos Principes abuterentur; remanet tamen apud aliquos facultas milites conſcribendi peculiari beneplacito illis à Regibus tributa: Nullo emblemate inſignitos fuiſſe referunt, ſed tantum vexillum breve & quadratum ferebant gentilitia teſſera exornatum, ut oſtendit num. 11. eo quod in eorum inauguratione vexilli appendices oblongi reſcindebantur.

XII.

Cavalieri

DETTI BANNERETI.

NEgli antichi ſecoli ſolevano i Principi per motivo del proprio intereſſe nobilitare Vaſſalli, concedendo loro la facoltà di alzare bandiera, con la guida di cui poteſſero condurre huomini armati à difendere le loro ragioni. Indi furono chiamati Cavalieri Bannereti dalla Bandiera, che portavano. Non ſi sà però il tempo certo della prima loro inſtituzione. Si crede foſſe in tempo di Conſtantino Imperatore, quando ſcelſe 50. delli più conſpicui ſoldati per la cuſtodia del Labaro, che per ciò tale uffizio in tutti i Regni ſi ſuole dare a perſone primarie di eſſi. Varie ſono ſtate le cerimonie di creare queſta ſorte di Cavalieri, le quali ſi poſſono vedere riferite dal Giuſtiniani a carte 135. Alli Bannereti era permeſſo uſare l'elmo e la viſiera, erano detti ancora Cavalieri Aureati per lo ſprone d'oro, che loro ſi dava. Queſto grado di Cavalieri a poco a poco è mancato in varie parti, e per l'abuſo della loro autorità fu da varii Prencipi abolito, a riſerva di alcuni, a quali per ſpeciale indulto ſi concede tale facoltà. Non ſi ſa che portaſſero diviſa propria, ma ben ſi la Bandiera fregiata, o con il nome, o con l'arme di ciaſcuno, e la detta era piccola e quadrata, come al numero 11. perche nel conferirla ſi tagliavano le punte nelle quali ſi terminava. L'imagine addotta eſprime un ſoldato armato con una ſimile Bandiera.

Eques S. Blasij

XIII.
Eques
S. BLASII
&
S. MARIÆ.

PRotulit Equitum ordinem Paleſtina, dictum S. Blaſii & S. Mariæ, ſub regula S. Baſilii fundatum. Mennenius tamen aſſerit, ejuſmodi milites Regulam S. Auguſtini profeſſos eſſe. Aliquos ex illis ſe vidiſſe affirmat Hieronymus Romanus, qui crucem rubram ante pectus ferebant, in cujus centro effigies erat S. Blaſii quæ videtur ſub nu. 12. De illis mentionem fieri ait in Regulis ſeu *Practica* Cancellariæ Romanæ. Authorem talis ordinis ſe non potuiſſe reperire fatetur P. Andreas Mendo, affirmat tamen ejus inſtitutum fuiſſe pugnandi contra Hæreticos & fidem defendendi. Legatur Joſephus Michieli in ſuo theſauro fol. 77. Crucem relatam expreſſimus ſub n. 12. Imaginem hic damus militis armis inſtructi, cum veſtem peculiarem ab iis uſurpatam Annales non referant. Eadem viſitur in volumine ordinum militarium, Pariſiis impreſſo anno 1670.

XIII.
Cavaliere
DI S. BIAGIO
e
S. MARIA.

NElla Paleſtina, fu gia un' ordine di milizia, chiamato di S. Biagio e di S. Maria, il quale militava ſotto la regola di S. Baſilio; benche il Mennenio dica, che oſſervaſſe quella di Sant' Agoſtino. Havevano queſti per inſtituto il procurare di eſtirpare l' Ereſie, e contro eſſe difendere la Fede Cattolica; In qual tempo, e da chi foſſe inſtituito non trovarſi appreſſo gli Autori affermò il Padre Andrea Mendo; poiche il decorſo del tempo, e le mutazioni delli Regni, hanno tolte le notizie delle coſe antiche. Afferma Girolamo Romano havere veduta l'inſegna portata da tal ſorte di Cavalieri; cioè una croce piana, roſſa, ſopra cui era affiſſa una medaglia con l' imagine di S. Biagio, e ſi vedrà ſotto il num. 12. Non ſi sà ſe haveſſero veſte particolare; onde ſi è poſta l'imagine d' un ſoldato, con in petto l' inſegna ſopradetta, come fu publicata nel libro degli ordini Cavallereſchi in Parigi l'anno 1670.

Eques S. Birgittæ

XIV.

Eques

BRICCIANUS

ſive S. BIRGITTÆ in Suecia.

NUnquam Hæreſis Arrianæ monſtrum vires ſuas adhibuit, ut fides catholica penitus deficeret, quin etiam validi oppugnatores illas retunderent, & omni conatu infringerent. Inter ceteros ſeſe ſtrenue oppoſuit in Suecia Sancta Regina Birgitta, quæ ut validius Arrianos expugnaret, ordinem Equitum inſtituit anno 1366. regnante Urbano V. Pontifice Maximo, qui Briccianorum dictus fuit; Cruce cianea a cæteris Equites diſtinguebantur Melitenſi ſimili, & ſub ea flammula exprimebatur, ut demonſtrat num. 13. qua fidei ardor ſignificabatur Equitibus ineſſe. Eam omnibus viribus defendere contra Hæreticos hi milites tenebantur, inſuper Mortuorum cadaveribus ſepulturam curare; Viduas & pupillos defendere; & infirmis in Xenodochio miniſtrare. Hunc ordinem Urbanus V. ſuo diplomate approbavit, eidemque multa bona donavit Sanctiſſima Regina; ſed cum in Regno fides cattolica defeciſſet, militum ejuſmodi Inſtitutum evanuit.

XIV.

Cavaliere detto

BRICCIANO

overo

di S. BRIGIDA in Svezia.

QUalunque volta il Moſtro dell'Ereſia Arriana minacciò ſtragi e ruvine, ſempre ſi trovò chi con valore invitto gli ſi oppoſe. Così accadde nella Svezia, ove la S. Regina Brigida combattè a favore della Fede Cattolica, e perche foſſe pronta una ſquadra di Cavalieri fedeli, volle inſtituire una militia equeſtre l' anno 1366. ſotto il Pontificato di Papa Urbano V. Fu denominato tale ordine de Bricciani, e fu data loro per inſegna una croce di colore azzurro, ſimile nella forma a quella di Malta, e ſotto la medeſima era la forma d' una lingua di fuoco, ſimbolo della Fede, che ardeva negli Animi di chi la portava. Queſta fu eſpreſſa ſotto il num. 13. L'obbligazione di eſſi era il difendere la S. Fede contro gli Eretici, far ſeppellire i defonti, l'aſſiſtere alle vedove e pupilli, e ſervire gli infermi negli Oſpedali. Urbano V. approvò queſto Inſtituto, e la S. Regina dotò l' ordine di molte rendite e ricche commende. Ma caduto quel Regno con l' Apoſtaſia dalla Chieſa perì anche quell' ordine.

Eques Calatrauę

XV.

Eques

CALATRAVÆ

in Regno Toletano.

POſtquam Mauris ereptum fuit Calatravæ oppidum, illud muniendum eſſe viſum fuit, ut firmum contra Barbaros inſultus propugnaculum eſſet. Aderant tunc Toleti duo Ciſtercienſes Monachi, Raymundus Abbas, & Didacus Velaſcus, probatæ Virtutis miles, qui Abbatem impulit, ut curam muniendi ejus oppidi ſuſciperet. Id Regi Sanctio gratiſſimum fuit, ob idque pecuniam ſuppeditavit Joanni Præſuli Toletano, qui multos nobiles Viros, & populares extimulavit, ut cum Abbate pro Chriſtiano nomine diſcrimini ſeſe objicerent. In laboris præmium Rex munitum oppidum Abbati, & Sociis donavit anno 1158. & Abbas ſacram militiam erexit, cui Regulas Ciſtercienſium obſervandas tradidit. Eam Alexander III. approbavit, & cum per aliquod tempus Raymundus vixiſſet, quemdam Garziam primum Magiſtrum nominavit, & Innocentius III. confirmavit. Equites cruce rubra uſi fuerunt primùm cum ſcapulari, ut docent Diplomata approbationis; deinde Benedictus XIII. an. 1397. crucem rubram, quatuor liliis inſignem cuculli loco deferendam decrevit, & Paulus III. ut unicam uxorem ducere poſſent, indulſit. Poſtea Solemni Comitiorum lege ſancitum fuiſſe narrat Rodericus, ut vexillum ordinis ultra crucem rubram duabus compedibus, *Trava* vulgo dictis, alluſione ad Calatravam ordinis caput, ſignatum præferretur. Igitur in ordine Calatravę proprium inſigne crux eſt rubra in quadruplici latere liliata ſupra pectus deferenda, ut exprimitur ſub num. 14. atque etiam in pallio ſeu cappa alba ſupra latus ſiniſtrum, ut in Icone apparet. Iura Magiſterii beneplacito Innocentii VIII. Garzia Lopetio defuncto, Ferdinandus Rex accepit, & commendas cæpit dividere, nullo equitum ſuffragio, ut mos erat.

XV.

Cavaliere

DI CALATRAVA

nel Regno di Toledo.

DOpo che fù tolto alli Mori il Caſtello di Calatrava, fu decretato che ſi doveſſe fortificare, acciòche ſi rendeſſe ineſpugnabile. Si offerirono à queſta impreſa due Monaci Ciſtercienſi, uno de quali chiamato Diego Velaſquez era ſtato un braviſſimo Soldato, e l' altro Raimondo. Piacque queſta offerta al Rè Sancio; onde ſomminiſtrò denaro al Veſcovo di Toledo, accioche aſſiſteſſe all' opera, e queſto induſſe molti ad unirſi con l' abbate per porla in eſſecutione. Con queſti Principii ſi cominciò nell' anno 1158. ſotto la Regola Ciſtercienſe queſt' ordine militare, a cui il Rè donò il Caſtello, e ivi fu poſta la prima reſidenza di eſſo, approvato da Aleſſandro III. con Bolla, in cui dopo il governo dell' Abbate dichiarò primo Maeſtro Garzia, e fu confermato da Innocenzo III. Uſorono per inſegna nelli ſtendardi una croce roſſa, e per abito uno ſcapolare con capuccio, come ſi afferma nelle Bolle Pontificie, ſinche Benedetto XIII. nel 1397. aſſegnò nna croce roſſa gigliata nelle punte, e poi Pavolo III. concedè, che tali Cavalieri poteſſero prender moglie per una ſola volta; Riferiſce Radeſio, che l' inſegna militare teneva una croce con l'aggiunta di due ceppi, detti *Trava* da Spagnoli, per alludere forſi al luogo di Calatrava. La croce di queſti Cavalieri fu eſpreſſa ſotto il num. 14. la quale oltre, quella che pende dal petto, ſi porta anche nel lato ſiniſtro del manto, bianco capitolare, come dimoſtra l' imagine, morto il gran Maeſtro, Garzia Lopes in tempo d' Innocenzo VIII. paſsò il governo aſſoluto di queſta milizia al Rè Ferdinando, e alli di lui Succeſſori.

Eques Calcaris aurei

XVI.
Eques
CALCARIS AUREI.

INter equeſtres ordines ille eſt, qui Equites aurei calcaris comprehendit;eò quod è pectore ſingulorum aurea calcaris imago dependeat ut oſtendit num. 15. Conceditur hæc nobilitatis teſſera à Summis Pontificibus diplomate, & præſertim iis,qui aliquod obſequium præſtiterunt, velut Pontificiæ munificentiæ monimentum ; quamobrem iis omnibus conferri ſolet, qui tanquam onorarii Ephebi Pontificibus famulantur eo die, quo Pontificali Regno accepto, à Baſilica Vaticana ad Lateranenſem ſolemni Pompa proficiſcuntur. Hæc ſunt Diplomatis verba. Te auratæ militiæ equitem, ac Aulæ Lateranenſis, & Palatii Apoſtolici comitem facimus & creamus, teque aliorum Equitum, & Comitum hujuſmodi numero & conſortio favorabiliter agregamus, tibique & torquem aureum, & enſem, & aurata calcaria geſtare licite volumus. Hujuſmodi Equitum originem Conſtantino Magno multi tribuunt, & ab ipſo equites aureatos primùm vocatos fuiſſe aſſerunt ob torquem aureum, & deinde calcaris aurei, ob calcaria eiſdem oblata, cum in ordinem Equeſtrem adſcriberentur. loco annulorum, quos Equitibus Veteres conferebant.Immo eruditus Vir Franciſcus Philelphus in epiſtola 24. affirmat, eos ob aurea calcaria dictos fuiſſe aureatos. Quamobrem in multis Equeſtribus ordinibus aurea calcaria conferri ſolent illi, qui admittitur, ut ſciat miles dimicandum ſibi eſſe in equo, atque ſtimulos habendos ad peragendas res laudabiles, & aurum tanquam lutum calcandum, quæ omnia præſcribuntur in regulis præſertim Equitum Melitenſium.Hujus generis Equites etiam ab aliis Principibus, præſertim Imperatoribus, inſtitutos fuiſſe ſcimus, &in vita Nicolai Quinti narrant Baronius & alii ad an. 1445. Fridericum Imperatorem cum à Vaticano ad Baſilicam Lateranenſem cumPontifice æquitaret,creaſſe in Ponre Molis Adriani 265. equites aureatos, ter enſe ſingulorum tetga percutiendo. Imaginem expoſuimus Pontificii Ephebi aureo calcare exornatum, & ſub num. 15. ejus inſigne.

XVI.
Cavaliere dello
SPERONE D'ORO.

FRa gli ordini Equeſtri ſi numera quello, detto dello ſprone d' oro, perche i Cavalieri per loro inſegna hanno pendente dal petro una ſtella, quale ſuole eſſere nelli ſproni. Queſta inſegna ſi ſuole conferire dalli Sommi Pontefici con Breve in premio di qualche azzione, quale da eſſi è giudicata degna di tale onore, che perciò ſi rimunerano con detto Privilegio li Paggi, dalli quali il Sommo Pontefice è accompagnato nel giorno del ſolenne poſſeſſo dalla Chieſa del Vaticano à quella di S. Giovanni. Le parole del Breve tradotte ſono; Ti facciamo e creamo Cavaliere della milizia aureata, e Conte del Palazzo Apoſtolico, e della Corte Lateranenſe aggregandoti al numero degli altri Conti e Cavalieri di tale ordine; e ti concediamo di poter portare la collana d' oro, la ſpada, e li ſproni d' oro &c. L' origine di queſt' ordine è da molti Autori attribuita à Conſtantino Imperatore; e dicono eſſerſi chiamati li Cavalieri da eſſo inſtituiti Aureati per la Collana d' oro, che portavano, e poi dallo ſperone d' oro donati loro, come gl' Antichi davano per inſegna equeſtre un' anello, come afferma Franceſco Filelfo huomo dotto della ſua età nella lettera venteſima quarta. Quindi è, che in molti altri ordini, quando ſi arma un Cavaliere, fra le inſegne equeſtri ſono i ſperoni d'oro, (come uſaſi nell'ordine di Malta) ſi perche intenda, che le ſue impreſe ſi devono fare a cavallo; ſi anche perche ſappia dover havere ſtimoli per operare azzioni lodevoli, e porre ſotto i piedi l'oro, come il fango. Simili Cavalieri ſi creano anche da altri grandi Prencipi, e nella vita di Papa Nicolò V. ſi legge, che andando Federico Imperatore nell' anno 1445. coronato dal Pontefice nella Chieſa di S. Pietro al Laterano, creò nel Ponte di Adriano 265. Cavalieri, percotendo ciaſcuno trè volte con la ſua ſpada. Qui ſi è eſpoſta l'imagine d' un paggio Pontificio, ornato di tale inſegna, poſta in chiaro ſotto il num. 15.

Eques Canis et Galli

XVII.
Eques CANIS & GALLI apud Francos.

FIdei memorabile exemplum extare in Chriſtiana Republica narrant Illuſtre Ordinis Equeſtris Collegium, Cane, notiſſimo fidelitatis Symbolo inſignitum,& Religioni majorum propagandæ in nobiliſſima Familia Montmorentiadum fundatum; Ille enim Canis ſignum in Caſſide pro criſta geſtare ſolet; Narrant etiam Buchardũ Montmorentiacum ad Aulam Philippi I. multis comitantibus Equitibus iviſſe, qui omnesTorquem Equeſtrem capitibus cervorum diſtinctum, caniſque effigie in ima parte pendente exornatum geſtabant, ut apparet ſub num.16. Ordinis autem, qui Galli titulo circumfertur,Authorem dicunt PetrumMontmorentiacum,ſed incertum eſt erectionis tempus:ajunt aliquiPrincipes Gallos, pugnacis adeo animalis, hieroglіphico ductos ſodalitium equeſtre inſtituiſſe,quòd Martis pullum eum vocet Ariſtophanes. Gallus inſuper eſt Victoriæ ſignum, propterea ille victus ſilere ſolet, canere ſi vincat, & idcircò Martis Avis etiam dicitur. Cœterum quod Montemorantiacam proſapiam, hiſce duobus ordinum militarium inſignibus nobilitatam reperiamus; haud erit incongruum inſignia gentilitia ejuſmodi ſymbolis condecorari ſolita, ob gentis apud Francos clariſſimæ dignitatem hic inſerere.Ea à multis retro ſæculis ex cruce candida, & aquilinis pullis cyanei coloris in campo aureo compoſita fuiſſe oſtendunt tabulę Matthæi deMontemorãtiaco EquitumMagiſtri, qui ſacro contra Albigenſes bello, cum Ludovico Philippi Regis filio interfuit.

XVII.
Cavaliere del CANE e del GALLO in Francia.

TEſtimonio di Fede Criſtiana è in Francia l'Ordine de i Cavalieri nominati del Cane antichiſſimo ſimbolo di fedeltà e di zelo di propagarla nella nobiliſſima ſtirpe diMontmoranſi, da cui traſſe l'origine il medeſimo ordine circa l'anno 499. al parere del Giuſtiniani. Non è così certo appreſſo li Scrittori chi lo inſtituiſse, ſi sà però che Buchardo, valoroſo Capitano di tale famiglia, compariſſe avanti Filippo Primo,accompagnato da una ſquadra di Cavalieri, quali tutti portavano una collana compoſta con teſte di cervo,e con la figura d'un cane,da eſſa pendente. A queſt' ordine ſuccedè un' altro,detto del Gallo, e fù unito al primo, ſecondo il parere di molti Autori, da Pietro Montemoranſi; per eſprimere il valore nel combattere; eſſendo quell'animale di natura bellicoſa, e ſe vince prorompe nel canto, e tace ſe perde; onde è chiamato anche Ucello di Marte. Del reſto la nobiliſſima Famiglia di Montmoranſi fu ſempre conſpicua per queſti due ſimboli,poſti nelle Armi Gentilizie, come appariſce nelle memorie diMatteoMontmoranſi, Gran Maeſtro di queſti Cavalieri, li quali con Lodovico figlio del Rè Filippo fecero guerra contro gli Eretici Albigenſi.Tale collana fu poſta da noi ul num.16. Del reſto li Cavalieri hanno le armi proprie di Soldato ſenza altra forma particolare.

Eques Caligę

XVIII.

Eques

C A L I G Æ

apud Venetos.

EXemplo Sodalitii militum Bindæ, quod in Regnis Hiſpaniarum floruiſſe diximus, erectum fuit apud Venetos Collegium Equitum qui dicebantur *della Calza* variis legibus conditis, quas ex antiquo codice reſcriptas retulit Juſtinianus pag. 111. nec niſi nobiles in illud à Duce cooptari fas erat. Hoc Inſtitutum renovatum an. 1562. & privilegiis decoratum, refert Leonardus Floravantes in ſpeculo ſuę ſcientiæ univerſalis. Magiſtrum hujus ordinis appellari Dominum aſſirmat Mennenius; ab eo præſtantes Viros ob res præclarè geſtas adſcribi à Duce, & torque aureo, cui D. Marci effigie ſive Leonis alati cũ Epigraphe *Pax Tibi Marce* donari. In ordine verò, de quo loquimur, qui erant adſcripti tibias & Crura exornata ferebant duplici & diverſo colore imbuto tegumento. E. gr. dextram crus albo colore tegebatur, ſiniſtrum autem purpureo, atque omnes ejus ordinis Equites coloribus variis invicem diſtinguebantur: At poſtea unicolores geſtari ab omnibus ſancitũ eſt. Numerum vigeſimum non excedebant: In publicis & ſolemnioribusConventibus cappam gerebant ſericam purpuream, & Biretum è ſerico villoſo purpureo. Singulis torques aureus è collo pendebat. Imaginem hic expreſſimus quam à Titiano delineatam typis vulgavit Cæſar Veccellius pag. 50. Ea enim veſte induti incedebant illius tempore, nempe anno 1580. Scilicet pallio cum caputio, in cujus interiore parte cujuſcunque ſymbolũ ſpectabantur acu pictum. Rubrum vel nigrum pileolum oblique ad aurem inclinatum capite gerebant, capillos prolixos ſerica adſtrictos faſciola habebant. Thorax erat vel bombycinus vel holoſericus vel auro contextus cujus manicę in quibuſdam inciſuris ſubucula prominebat. Tibialia ſimul cum Caligis unita, variis coloribus erant picturata, & eorum alterum ad dimidium uſque erat gemmis exornatum, ut demonſtat num. 17.

XVIII.

Cavaliere

D E L L A C A L Z A

in Venezia.

SIcome nella Spagna fiorì l' ordine delli Cavalieri della Banda, da noi riferiti, così nello Stato Veneto ne fù inſtituito uno, detto della Calza, nel quale però ſoli venti erano aſcritti, ſcelti dalle Famiglie più conſpicue. Molte erano le leggi a loro preſcritte, riferite dal Giuſtiniani a carte 111. Eſſerſi riſtorato nel 1562. e dotato di Privilegii ſi riferiſce in un codice antico, come racconta Leonardo Fioravante nello ſpecchio della ſcienza univerſale. Il Superiore di eſſo chiamarſi il Signore l' afferma il Mennenio, e dal medeſimo eleggerſi i Cavalieri, alli quali dona una collana di oro, da cui pende l' inſegna di S. Marco, overo del Leone alato con il motto, *Pax Tibi Marce*. Era proprio diſtintivo delli Cavalieri di tale ordine il portare le calze lunghe, e tali, che una foſſe d'un colore, l' altra d'un altro, per eſempio bianca e roſſa, e niuno ſi aſſomigliava a gli altri, ma dopo qualche tempo fu decretato, che tutti le portaſſero di colore uniforme. Nel Senato e funzioni publiche veſtivano un rubbone di ſeta roſſa e un berrettone di velluto, parimente roſſo, e dal collo pendeva la collana. L' imagine qui eſpoſta li rappreſenta come uſava nell' anno 1480. in cui Ceſare Vecellio, la publicò alle ſtampe diſegnata da Tiziano a carte 50. Cioè veſtito d'un cappotto, da cui verſo le ſpalle pende un capuccio nella parte di cui è con ricamo eſpreſſo il Simbolo o impreſa di ciaſcuno. In capo un berrettone o roſſo o nero pendente da una parte. Li capelli lunghi, tal volta erano ligati con un naſtro. Il Giubbone era di bombace, o di ſeta, ricamata di oro; nelle maniche del quale trinciate appariva la camicia. Le calze erano ricamate, e una di eſſe fino alla metà ornata di gioie, come ſi vede ſotto il num. 17.

Eques S. Andreæ Cardui

XIX.
Eques CARDUI & RUTÆ in Regno Scotiæ ſub Invocatione S. ANDREÆ.

REges Scotorum S. Andream Apoſtolum Regni tutelarem jamdudum agnoverunt, ob victoriam contra Athelſtanum relatam. Hinc originem traxiſſe creditur ordo Equeſtris D. Andreæ, cardui titulo in Scotia nobilis, cujus inſigne ſeu collare ex carduis compoſitum præferunt gentilitia Regum arma & nummi, hac addita Epigraphe *Nemo me impune laceſſit*; aſperum quippe virgultum carduus, & aculeis armatum difficulter manibus contrectari poteſt. Fuit autem huic militiæ baltheus aureus & floribus Cardui orbicellis aureis rubeſcentibus innexi compoſitus, & infra præferens imaginem S. Andreæ, crucem decuſſatam ante ſe geſtantis. Inſtitutionem hujus ordinis aliqui referunt ad tempora Caroli VII. Francorum Regis, quibus Scoticum fœdus renovatum: Alii Achaium Scotiæ Regem circa an. 809. fuiſſe aſſerunt. Fuit etiam ſodalitium Equitum vulgo *Sertum Rutæ* nuncupatum, cujus inſigne fuit torques, qui duobus ruteramis cõponebatur, & inferius pendebat effigies D. Andreæ. Hujus inſtitutionis relatio apud Joannem Leſlæum, rerum Scoticarum ſcriptorem, non invenitur, quamvis dictus torquis ab eodem exhibeatur. Utrumque autem ordinem unitum fuiſſe Mennenius tradit, a Jacobo V. Scotorum Rege, & ſatis probatur ex torque, quem cardui flores & Rutæ folia invicem connexa efformant, ut apparet ſub num. 18. His equitibus indumentum proprium fuiſſe præſcriptum non legimus, quare Imaginem militis tantum expreſſimus. Ab aliquibus geſtatum fuiſſe numiſma ſolum cum imagine D. Andreæ, ab aliis ſolam ejus crucem, ab aliis etiam florem cardui cum diademate ſuperimpoſito Hiſtoriæ narrant. Tale numiſma aureum in ſiniſtro latere fertur ab Equitibus appenſum teniæ ſericæ coloris cianei quatuor digitis latæ, quæ ab humero dextro dependet; ſupra pectus verò in parte ſiniſtra, cardui flos in circulo cianei coloris radiis argenteis exornato apparet.

XIX.
Cavaliere del CARDO, e della RUTA in Scozia ſotto l' invocazione di S. ANDREA.

RIconobbe ſempre la Scozia l'eſaltazione delli ſuoi Rè del Patrocinio di S. Andrea Apoſtolo, maſſime quando ſotto la di lui invocazione ſi riportò la Vittoria contro Athelſtano; Da tale felice ſucceſſo ſtimano alcuni Scrittori che haveſſe principio l' ordine Equeſtre di S. Andrea del Cardo; l' inſegna del quale riferiſcono foſſe una collana, rappreſentante fiori di Cardo, da cui pendeva una medaglia con l' imagine del S. Apoſtolo nella forma eſpreſſa al num. 18. con il motto *Nemo me impune laceſſit*; eſſendo che il Cardo hiſpido, e pungente, non ſi può maneggiare ſenza pungerſi, il quale ſimbolo fu nelle antiche Armi delli Rè di Scozia. Alcuni ſtimano che haveſſe principio da Carlo VII. Rè de Franchi, dopo che fu ſtabilita l'unione con la Scozia. Altri la riducono nell' anno 809. in cui Acazio vi regnava. Era parimenti nel Regno medeſimo un' ordine di Cavalieri, detti della Ruta, la di cui inſegna era una Collana, fatta da due Rami di Ruta, e da eſſa pendeva parimenti l' imagine di S. Andrea; ma appreſſo gli autori non ſi trova riferito il tempo di queſta fondazione. Si riferiſce dal Mennenio che da Giacomo V. Rè di Scozia furono aſſieme uniti queſti due ordini, e appariſce nella collana, formata di fiori di cardo, e di foglie di ruta con la medaglia pendente di S. Andrea, come da noi fù eſpreſſa ſotto il num. 18. Non ſi ſa, che tali Cavalieri uſaſſero veſte particolare, ma benſi ſi riferiſce, che tal volta portavano in petto la ſola medaglia di Sant' Andrea, talvolta la ſola croce di eſſo, e alcuni un fiore di cardo coronato, e attorno il motto riferito di ſopra Per l'ordinario ſi porta la medaglia con l' impronta di S. Andrea, pendente da una faſcia di ſeta turchina, la quale à guiſa di armacollo pende dalla ſpalla deſtra al fianco ſiniſtro. E ſopra la parte ſiniſtra del petto è il fiore del cardo, eſpreſſo d'oro in campo turchino, circondato da raggi di argento.

Eques Cardui, et B. Virginis

XX.

Eques

CARDUI ſub invocatione

B. MARIÆ apud Gallos.

LUdovicus II. Burgundiæ Dux, cognomento Bonus, circa annum 1403. exortis in Gallia factionibus Aurelianenſium & Burgundiorum, quibus Regnum multa mala paſſum eſt, ipſe, ut potentiam ſuorum majorum & propriam firmaret, in auxilium pupillorum Caroli Ducis Aurelianenſis, & Ioannis, Angoliſmorum Comitis, Ordinem Equeſtrum Cardui D. Virginis inſtauravit. Collare aureum, ſive argenteum, ex liliis & quatuor foliis aut floribus cardui crucem in eodem ſtatuentibus cum inſcriptione *Eſperance* ornamento dedit. Illud expreſſimus ſub num. 19. Ejus ſodalitii caput Dux ipſe ſe nuncupavit. Et Emblemate, carduis & liliis connexis, animi ſui magnitudinem contra omnes Fortunæ impetus expreſſiſſe videtur. Lilium enim omnium antiquorum conſenſu ſpem indicat, proinde in plurimis Auguſtorum nummis expreſſum cum Epigraphe Spes publica, Spes Auguſta &c. Iuſtinianus affirmavit hujus ordinis primordia ad annum 1370. referenda eſſe. Ejus Equites in functionibus ſolemnibus induti apparebant cum tunicis ex ſerico purpureo (vulgo Damaſco) manicas ampliſſimas habentibus, baltheo erant præcincti, ex ſerico villoſo coloris à flore mali perſici expreſſi, & caracteribus inſignito *Eſperance*. Illud fibula aurea conjungebat, quæ ex encauſto viridi florem cardui repræſentabat. Cappam inſuper addebant ſericam cianei coloris, cujus partem interiorem tela ſerica rubra, & fimbrias aurei flores exornabant. Super cappam palliolum erat breve ex ſerico villoſo viridi, biretum ex eodem ejuſdemque coloris caput operiebat: ex torque numiſma pendebat rubro & viridi encauſtico exornatū, in quo imago B. Virginis ſtellis redimitæ & ſolaribus rediis circumdatæ dependebat, quæ omnia clarius in Icone apparent.

XX.

Cavaliere

detto del CARDO della

B. VERGINE in Francia.

LOdovico II. Duca di Borgogna, detto il Buono circa l' anno 1403. inſorte diviſioni fra li Duchi di Borgogna e di Orleans, per dar ſaggio della ſua potenza e contraſegno di quella de ſuoi antenati, preſe la difeſa del Duca Carlo d' Orleans, e Giovanni Conte di Angolem, ambedue pupilli, e inſtituì un ordine di Cavalieri, denominati del Cardo, e della B. Vergine. Diede à queſti per inſegna una collana d' oro e argento, e formata di Gigli e fiori di Cardo con l'iuſcrizione *Eſperance* nella forma ehe habbiamo eſpreſſo ſotto il num. 19. e dichiarò ſe ſteſſo Capo dell' ordine. Con queſto ſimbolo di ſperanza volle dare ad intendere la grandezza del ſuo animo contro ogni violenza di fortuna. Imperoche il Giglio per conſenſo di tutti i Scrittori è ſegno di Speranza, che perciò nelle medaglie antiche ſi trova con il motto *Spes publica. Spes Auguſtorum &c.* Il Cardo havendo il fiore di colore celeſte, dinotava, che le azzioni del Cavaliere dovevano ſempre haver per mira il Cielo. Stimò il Giuſtiniani, che tale Ordine haveſſe principio nell' anno 1370. Nelle Funzioni ſolenni il Cavaliere uſava un Giuſtacore di Damaſco incarnato con maniche larghe, armacollo di velluto, in cui con ricamo era formata la parola *Eſperance* la fibbia era in modo di cardo, fatto di ſmalto verde. La cappa, o manto era di Damaſco turchino, foderato di roſſo, e le eſtremità ricamate d'oro; ſopra eſſo era una mozzetta di velluto verde, foderato di roſſo; In capo haveva un Berrettone del medeſimo colore. Dalla Collana, pendeva una Medaglia, ſmaltata di roſſo è verde, con in mezzo l'imagine della B. Vergine, coronata di ſtelle, e cinta di Sole. Li Cavalieri havevano per ſcopo la difeſa della Religione Cattolica.

Eques S. Catharinæ

XXI.

Eques

S. CATHARINÆ.

ANno 1063. aliqui Viri nobiles, cœlitus illuſtrati, ad normam fere Equitum, qui dicuntur S. Sepulchri, ordinem militarem inſtituerunt ſub Regula S. Baſilii, eo fine, ut ſervarent Sepulchrum S. Catharinæ, in Monte Sinai poſitum, & peregrinantes è Græcia ad illud inviſendum, tuerentur in viis, & exciperent hoſpitio. Crevit eorum numerus, & Magiſtrum inter ipſos eligebant, pluribuſque commendis potiebantur. Habitus erat albus, & in pectore dimidiam habebant rotam, quam enſis interſecabat. Profitebantur Caſtitatem Conjugalem, & unuſquiſque duplicis anni ſpatio Sepulchrum S. Catharinæ cuſtodiebat, Ferè jam extinctus eſt hic ordo, cum Græcia in poteſtatem infidelium fuerit redacta, & hi Equites ſpoliati. Abbates Monachorum S. Baſilii, quibus cuſtodia corporis S. Catharinæ eſt commiſſa, admittere ſolebant aliquos in eum ordinem, poſtquam ejus Magiſtri defierunt. Hæc omnia expoſuit P. Mendo de ord. milit. pag. 7. In tractatu qui de ordinibus militaribus impreſſus fuit Pariſiis ann. 1671. apparet adhuc aliquos numerari in eo ordine à Monachis S. Baſilii cooptati. Imaginem damus, veſte candida indutam, ſupra quam rota dimidia, gladio transfixa apparet; & clarius inter inſignia n. 20.

XXI.

Cavaliere

DI S. CATARINA.

NEll' anno 1063. alcune perſone nobili, inſpirati dal Cielo, inſtituirono ad' eſempio delli Cavalieri del S. Sepolcro, un'ordine ſotto la Regola di S. Baſilio; a fine che cuſtodiſſero il Sepolcro di S. Caterina, poſto nel monte Sinai, dalla quale preſero la Denominazione, e difendeſſero ed alloggiaſſero i Pellegrini, i quali dalla Grecia andavano per viſitarlo. Si aumentò il numero di eſſi, onde eleggevano un Gran Maeſtro, e godevano molte commende. L'abito era una tonaca bianca, fregiata di mezza ruota di colore roſſo, che da una ſpada era trafitta. Profeſſavano Caſtità conjugale, e per due anni ciaſcuno era obbligato alla cuſtodia di quel Sacro depoſito. Preſa poi dagl' Infedeli la Grecia, fù quaſi eſtinto queſt'ordine; benche nel libro, che degli ordini equeſtri, fu ſtampato in Parigi nel 1671. ſi affermi eſſervene qualche reſiduo; mentre li Monaci Baſiliani, alli quali è commeſſa la cura di tale ſepolcro di quando in quando concedono tale inſegna alli Pellegrini; ſe pure ciò non è inſegna della lor divozione, come vediamo portarſi di molti Santi dalli Pellegrini dopo havere viſitati i luoghi dedicati alli medeſimi. Qui ſi pone l'imagine preſa dal ſudetto volume, e l' inſegna della Ruota ſta eſpreſſa ſotto il num. 20.

Eques Columbę in Castellæ Regno

XXII.

Eques

COLUMBÆ & RATIONIS

in Regno Caſtellæ.

JOannes primus, Caſtellæ Rex, quo authore apud Hiſpanos ſupputandi ratio ab Æra Chriſtiana uſurpata eſt, anno 1390. paulo ante vitæ finem inſigne equeſtre excogitavit, ideſt Columbæ effigiem pendentem ex aureo torque, radiis ſolaribus diſtincto, quę nobilibus aulicisque proceribus ad præclara facinora honoris ſpecie objecta, eſſet incitamentum. Ejus generis plures torques ſolemni ritu ex Altari accipiens in Templo Urbis Segobiæ die S. Jacobo ſacro, inter Equites diſtribuit, cum libro Conſtitutionum, quibus ſinguli obſtricti eſſent, ideſt ad Caſtitatem conjugalem; defenſionem Fidei catholicæ, & puniendum corruptores Juſtitiæ. Inſuper & aliud honoris inſigne, cui Rationis nomen dedit armigeris, & minoris conditionis nobilibus munificentiæ & Beneficentiæ conſequendę ſpe propoſuit. Verùm ejus morte intempeſtiva res, priuſquam ſtabiliretur, evanuit. Hi cum Rex ad bellum procedebant, geſtabant haſtas, in quarum apice vexillum exiguum pendebat. Imago addita repræſentat equitem torque indicato inſignitum, qui clarius ſub num. 21. apparet.

XXII.

Cavaliere della

COLOMBA e della RAGIONE

nel Regno di Caſtiglia.

GIovanni Primo Rè molto pio di Caſtiglia, il quale introduſſe nel Regno il modo di computare gli anni dall' Era di Chriſto, poco avanti che moriſſe, cioè nell'anno 1390. ſecondo il computo di alcuni Scrittori, inſtituì un' ordine di Cavalieri, alli quali egli ſteſſo nel giorno ſolenne, dedicato a S. Giacomo, nella Chieſa principale di Segovia donò à molti una Collana di oro preſa dall' Altare, dalla quale pendeva l'imagine di una colomba circondata di raggi, e li chiamò Cavalieri della Colomba, preſcrivendo a loro Regole da oſſervarſi, trà le quali era il voto di Caſtità conjugale, il difendere la Giuſtizia, e con le armi la fede cattolica. Non ſodisfatto Giovanni di ciò, ne inſtituì un' altro, che chiamò dela *Razon*; e a queſto promoſſe Cavalieri di riga inferiore, alli quali diede ſtimoli per far prodezze, ma nulla ſi effettuò per la morte improviſa del Rè. Dovevano queſti, qualunque volta uſciva il Rè in campo di guerra, accompagnarlo, e havere per diviſa un' aſta nella cima della quale foſſe una piccola banderola. Qui ſi pone l' imagine del Cavaliere della Colomba, e la ſua collana ſotto il num. 21.

Eques Conceptionis B. Mariæ

XXIII.

Eques

Conceptionis

B. MARIÆ VIRGINIS.

SUmmus Pontifex Urbanus VIII. anno 1625.ut narratur in ipſius Conſtitutione undecima, exhibita petitione Ferdinandi, Mantuæ & Caroli Nivernienſium Ducum, & Adulphi Comitis ab Altham, confirmavit Militiæ Chriſtianæ Inſtitutionem, in qua omnium Nationum Chriſtianarum Nobiles Viri reciperentur, ut pro Fide catholica terra marique pugnarent, ſub titulo Conceptionis B. Mariæ Virginis immaculatæ ſub Regula S.Franciſci, & ſub protectione S.Michaelis Archangeli & Baſilii. Idem Pontifex in conſtitutione 41.anno 1625. regulas & indumentum præſcripſit, ſcilicet, ut Crucem auream gererent in pectore, notis cœrulei coloris vermiculatam, quæ in medio haberet ex una parte imaginem Conceptionis circumdatam cingulo S. Franciſci, ex alia verò imaginem S. Michaelis Arcangeli, Tenia verò, cui affixa è collo pendebat,ſerico cæruleo atq; aureo intexta eſſet.Aliam inſuper ſimilis formæ crucem præſcripſit, aſſutam pallio, & circum imaginem Virginis veluti in circulnm cingulum S. Franciſci, atque inter quatuor crucis angulos veluti igneas linguas, in quarum medio velut fulminis aut ſagittæ cuſpis promineret. Armorum verò Sociis crucem ſimplici ſerico raſo tantummodo contextam, præter aureum ſilum contortum, quod undequaque dictam crucem circundaret, ut ſub num. 22. Regulæ Equitibus præſcriptę in eaConſtitutione recenſentur. Tenebantur ad vota paupertatis, Caſtitatis & Obedientiæ cum profeſſione fidei & juramento fidelitatis cum quibuſdam conditionibus in eadem explicatis. Habito Viennæ Concilio Generali,ut Magnus Magiſter ordinis eligeretur magno nobilium virorum copia acceſſit, ſed diſcordiis obortis ordo hic brevi tempore evanuit. Illum militiæ chriſtianæ vocatum fuiſſe multi referunt.

XXIII.

Cavaliere

della Concezione

DELLA BEATA VERGINE.

IL Sommo Pontefice Urbano VIII. nell' anno 1625. per eſaudire le preghiere di Ferdinando Duca di Mantova, Carlo di Nivers e Adolfo Conte d'Altham con la ſua Conſtituzione undecima approvò un' ordine di Militia Chriſtiana, nella quale potevano eſſere aſcritte perſone nobili di tutte le Nazioni cattoliche, a fine di difendere per mare e per terra la Santa Fede; Hebbe queſta il titolo della Concezione della B. Vergine, ſotto la Rehola di S. Franceſco,e ſotto la Protezzione di S. Michele Arcangelo, e S. Baſilio. Nella Bolla poi 41. nell' anno 1625. preſcriſſe le Regole, da oſſervarſi, e l'abito della medeſima; ordinando che portaſſero in petto una Croce d'oro, ſmaltata di turchino, con in mezzo in una faccia foſſe l' imagine della Concezzione, circondata con il cordone di S. Franceſco, e nella parte oppoſta quella di S. Michele Arcangelo. Il naſtro poi, a cui detta croce pendeva,volle che foſſe teſſuto di oro e ſeta turchina. Simile alla ſopradetta ordinò, che ſi portaſſe cucita al Mantello, e aggiunſe che dalli quattro lati della Croce, uſciſſero raggi, in mezzo a quali uno foſſe ſimile al fulmine, come ſi è delineato ſotto il num. 22. Alli ſerventi delli Cavalieri preſcriſse una croce di raſo contornata di filo d'oro, e in mezzo l'imagine della B. Vergine. Dovevano queſti Cavalieri profeſſare li tre Voti di Caſtità,Povertà, e Ubidienza con alcune condizioni, ſpiegate nella Bolla ſopradetta, in cui ſono regiſtrate tutte le Regole di queſta nobile Milizia. Fu publicato un Capitolo Generale in Vienna a fine di eleggere un Gran Maeſtro, ma per le diſcordie inſorte ſi eſtinſe l' ordine in breve tempo. Riferiſcono molti, che a queſt' ordine fu dato il nome di Milizia Criſtiana.

Magnus Magiſter Ordinis Angelici, Con:
ſtantiniani, S. Georgii

XXIV.

Ordinis CONSTANTINIANI Angelici Aureati Supremus Magiſter.

CUm in varias militum Claſſes, ut in varia membra corpus, dividatur Conſtantinianus ordo, qui in Præfatione ad Lectore relatus fuit, primũ locũ obtinet ſupremus Magiſter, cujus munus eſt curare, ut quæ ſancita ſunt exactè ſerventur; novas etiam leges condere, & interpretari poteſt, & diſpenſare, cum ſibi licitum viſum fuerit; Poteſt creare milites aureatos, Comites Barones, Doctores, & Notarios; laureare Poetas, legitimare ſpurios, infamia notos abſolvere, & ad honores reſtituere (ſalvis tamen Pontificum Conſtitutionibus, per quas fortè his privilegiis derogatum eſt) Eidem omnes Equites ſubjecti obedientiam præſtare tenentur. In ſolemnibus Functionibus induitur thorace, fœmoralibus, & tibialibus oloſericis purpureis, & calceis ejuſdem coloris. Hæc autem breve ſagum ex argentea tela cum latis manicis, ab humeris uſque ad genua productum, operit, & ſago affixa ordinis crux holoſerica villoſa rubra pectus exornat. Baltheus villoſus coccineus ad enſis uſum fœmora præcingit, Galerum capite geſtat ex ſerico villoſo rubro ſemicubitalem, intrinſecus ſerico albo circumtectum. Quatuor Galero inſunt veluti alæ ſurſum erectæ, quarum altera in exteriori parte ſupra frontem exhibet venerabile Salvatoris noſtri Signum, ex auro contextum. Plumis etiam nigris Ardeæ decoratur. Pallium cœruleum ex holoſerico villoſo, & argentea tela interius ſubſuta, late ſolo protenſum induit. Pallium collo ſubnectitur oblongis funiculis, coccineo ſerico, auroque contextis, quos flocci conterminant. Quà lęvũ humerum tegit crux ordinis rubra, ſerico itidem auroque exornata in Pallio extat, quæ in Claſſe inſignium ſub n.23. exhibita apparet. Torques inſuper ex auro ante pectus pendet, quem in pag. ſequenti deſcriptũ exhibemus. Extra vero ſolemnes functiones ſupremus Magiſter, & optimates holoſericam crucem in pectore, & aliam conſimilem in pallio ſupra ſiniſtrum humerum gerunt, quæ ad amplitudinem decem unciarum pedis extenditur. Aurea alia è collo pendens, uti aurea imago S. Georgii, haſta draconem ſternentis, adnectitur, ut inter inſignia apparet num.23.

XXIV.

Gran Maeſtro dell' ordine Conſtantiniano Angelico Aureato.

COme in varie membra ſi divide ogni corpo, così in varie Claſſi di Cavalieri ſi divide l'ordine detto Conſtantiniano riferito nella Prefazione al Lettore; e ciaſcuna claſſe ſi diſtingue dalle altre per l'abito, e inſegna ſua propria. In primo luogo è numerato il Grã Maeſtro, il quale a tutti gli altri preſiede. A queſto appartiene il procurare l' oſſervanza delle Regole, abolirle, e farne delle nuove quando giudica; creare i Cavalieri, Conti, Baroni, Dottori, coronare Poeti, legitimare, e gode tutti quei privilegii, quali dalle Conſtituzioni Pontificie gli ſono conceduti: Ad eſſo tutti i Cavalieri dell'ordine profeſſano ubidienza e lo riconoſcono per ſuperiore. L' abito interiore del Gran Maeſtro, uſato nelle Funzioni ſolenni, è tutto di ſeta roſſa, ſicome roſſe ſono le calzette e le ſcarpe, ſopra eſſo veſte un Giuſtacore lungo ſino alle ginocchia di tela d' argento con maniche aſſai larghe, à cui ſopra il petto è cucita una croce di velluto cremiſino, contornata di oro, il medeſimo vien cinto ne lombi da cintura di velluto roſſo da cui pende la Spada. Sopra il capo ha un Berrettone di velluto roſſo, alto mezzo cubito, foderato di ſeta bianca; dividono la parte eſteriore di eſſo quattro falde rivoltate all'insù, e in quella, corriſpondente alla frõte, ſi vede ricamato d'oro il venerabile ſegno del Salvatore, e in un lato ſpuntano piume nere. Dalle ſpalle pende un ricco manto, ſteſo per terra di velluto turchino, foderato di tela di argento. Queſto ſi chiude al collo da due lũghi cordoni terminati da due fiocchi, teſſuti di ſeta roſſa e oro. Nella parte ſiniſtra ſpicca la Croce dell'ordine roſſa, contornata d'oro della forma che appariſce nella Claſſe delle Croci ſotto il n.23. ſopra il mãto pẽde da ambedue le ſpalle una collana d' oro, che verrà deſcritta ed eſpreſſa nella carta ſeguẽte. Fuori però delle funzioni ſolẽni l'abito comune al Grã Maeſtro, e Cavalieri di Gran Croce è il portar ſopra il mantello, e in petto la croce di velluto roſſo, la quale è lũga circa un palmo, e dal collo pẽde un'altra crocetta d'oro, ſmaltata di roſſo, a cui è unita l'imagine di S. Giorgio, il quale feriſce con l' aſta un Dragone, e ſi vede nel Catalog. n.23.


TORQUES AUREUS
MAGNI MAGISTRI
ORDINIS
ANGELICI CONSTANTINIANI

XXV.

Torques aureus MAGNI MAGISTRI Ordinis Conſtantiniani.

CRux, qua Equites Ordinis Conſtantiniani exornantur, duplex eſt. Altera eſt ex ſerico villoſo, quæ ſiniſtro humero apponitur, altera ex auro, qua pectus exornatur. Utraque purpureo emicat colore, & documento eſt Equiti, ut ſit paratus ad ſanguinem profundendum pro Chriſto; utraque auro circumdatur, quod eſt ſymbolum Charitatis, quæ inter virtutes primùm locum habet, & ab Equite debet exerceri. Quatuor litteræ I. H. S. V. totidem Crucis angulis liliis ſpeciem præſeferentibus inſertæ, menti proponunt cœleſtia illa verba *In hoc Signo Vinces*, quæ Conſtantino victoriam de Maſsentio prænunciarunt. Crucem interſecant duo aurea haſtilia, græcam litteram χ efformantia, in cujus medio altera littera P nitet, & conficitur monogramma quod Chriſti nomen continet Cruci affixi. Monogrammati demum prima & ultima Græcorum littera A & ὠ circumſtant, cum per eas ſiſignificetur Chriſtum eſſe principium & finem, à quo noſtrorum operum exordium deſumere & ad ipſum tanquam ſcopum illa dirigere tenemur

Torques verò quem Supremus Magiſter & Equites, magnæ Crucis dicti, in ſolemnibus functionibus præferunt, ex auro conſtat, gemmis undique exornatus; hìc utrumque humerum Equitis circumdat, & pendens pectori ſuperſedet. Torquem quindecim ſegmentis orbicularis formæ componunt, quibus totidem Divinæ Incarnationis myſteria ſignificantur, ſingula ſegmenta in ceruleis parmulis encauſto ſabrefactis exhibent antedictum Salvatoris Noſtri Monogramma, additis hinc inde græcis litteris A. & ὁ; ideoque monogramma pretioſis lapillis circumquaque eleganter diſpoſitis exornatur. Segmentum, quod medium locum tenet ſupra pectus majus cœteris eſt, laureola foliis quercus, & Olivarum circumdatum, ab hac pendet Crux ordinis & imago D. Georgii haſta Draconem configentis. Quæ omnia clarius delineata apparebunt.

XXV.

Collana uſata DAL GRAN MAESTRO e Cavalieri di Gran Croce.

DUe ſorti di Croci uſano li Cavalieri Conſtantiniani; una è di velluto roſſo, contornata di oro, anneſſa alla parte ſiniſtra del mantello; l' altra d' oro, ſmaltata di colore purpureo, dal quale prendono documento di dover' eſſere pronti à ſpargere il ſangue per la difeſa della Fede Chriſtiana. L' una e l' altra è circondata di oro, nella prezioſità di cui ſi dinota la Charità, Regina delle Virtù, la quale deve eſercitarſi dal Cavaliere. Nell' una e l' altra, terminata in forma di giglio ſi vedono ſcolpite queſte quattro lettere I. H. S. V. le quali preſagirono à Conſtantino la Vittoria, riportata di Maſſenzio. E anche la Croce attraverſata da due aſte, le quali formano il nome di Chriſto, aggiunte ne i lati due lettere del greco alfabeto A. e ω., nelle quali ſi afferma dover eſſere Chriſto Principio e fine di tutte le azzioni. Il Gran Maeſtro e li Cavalieri nominati di gran Croce ſogliono di più nelle Funzioni ſolenni portare una collana d' oro ornata di gemme, ligata queſta in ambedue le ſpalle pende ſopra il petto, e formata di quindici ſcudetti tondi, dalli quali ſono ſignificati quindici principali miſteri della Vita del Salvatore: in ciaſcuno di eſſi ſmaltato di colore turchino è formato il Monogramma con l' aggiunta delle lettere A. e ω. Lo ſcudetto che tiene il luogo di mezzo, ed' è più grande degli altri, viene contornato da una Ghirlanda, la metà di cui è teſſuta di foglie di quercia, e l'altra di foglie d' Ulivo, nel mezzo tiene la croce dell' ordine, formata di gemme, e da queſto finalmente pende l' imagine di S. Giorgio. il quale ſopra un cavallo feriſce con l' aſta un Dragone; e tutto più diſtintamente appariſce nella Collana quì delineata.

Eques Constantinianus dictus
Magnæ Crucis

XXVI.
Eques
CONSTANTINIANUS
dictus Magnæ Crucis.

NUmerantur in hoc ordine, ut diximus, Equites magnæ Crucis appellati, ſunt etiam ii, qui Equites Juſtitię ſive probatę nobilitatis dicuntur. Inter eos eminent quinquaginta, qui ceteris loco & authoritate præcellunt, ſenatorio titulo pręfulgentes, dicuntur etiam militiæ Proceres, & Torquati; Torque enim aureo ſupra deſcripto, licet minus pretioſo, exornantur in ſolemnibus functionibus. Pallium ex ſerico (italicè *Damaſco*) glauci coloris, intrinſecus candido bombicino circumveſtitum, & ad ſolum uſque protenſum gerunt, brevius tamen eo, quo Supremus Magiſter utitur, illudque geminis funiculis ex ſerico cœruleo & candido paribus floccis terminatis collo alligatur. Sunt hi funiculi, quibus glorioſum Religionis jugum deſignatur, oblongi & à collo terram uſq; extenſi, ſed lævo lateri ſubnectuntur; Supra pallium in humero ſiniſtro rutilat Crux rubra villoſa holoſerica, auro circumdata, & è collo pendet aureus torques magiſtrali conſimilis, ſed forma & pretio minor. Thorax & ſubligare ſunt è ſerico cœruleo; Breve Sagum & Caligæ ex ſerico albi coloris, calcei pariter albi, qui cianeis funiculis ſericis, vel fibulis argenteis obſtringuntur. Magna Crux Sago affixa in pectore fulget, ſericus demum Baltheus villoſus purpurei coloris enſem regit.

XXVI.
Cavaliere
CONSTANTINIANO
detto di Gran Croce.

DOpo il Gran Maeſtro ſuccedono i Cavalieri di Giuſtizia, fra li quali ſono quelli chiamati di Gran Croce, e ſono perſone di prima riga, o per chiarezza di natali, o per dignità conſpicui. Sono di numero cinquanta in memoria di quelli, i quali da Conſtantino furono deputati alla cuſtodia del Labaro imperiale. Sono detti anche Senatori, e Cavalieri di Collana, perche ad eſſi è lecito l' uſare la collana ſopra deſcritta. L'abito di eſſi nelle Funzioni ſolenni è un Manto di Damaſco Turchino, ſoderato di bombacina bianca, lungo oltre i piedi, mà meno di quello, uſato dal Gran Maeſtro. Queſto ſi uniſce al collo con due cordoni di ſeta turchina e bianca, terminati da due fiocchi di ſimile materia, lunghi ſino a terra, che perciò vengono raccolti, e ſoſtenuti ſopra il braccio ſiniſtro; e ſono ſimbolo del giogo della Religione. Sopra queſto manto nella parte ſiniſtra ſi vede la Croce dell'ordine di velluto roſſo, contornata d'oro. Dal collo pende la Collana, ſopra deſcritta, meno pretioſa però di quella uſata dal Gran Maeſtro. Il Buſto è calzoni ſono di colore turchino, e ſopra di eſſi hanno una toga di ſeta bianca ſteſa fino al ginocchio, ſicome bianche ſono le calzette e le ſcarpe, ligate ò con naſtro di ſeta turchina, o con fibbia di argento. Sopra la toga portano in petto la Croce, ſimile à quella del Manto, l'armacollo, de cui pende la ſpada, è di velluto roſſo.

Eques Constantinianus Ecclesiasticus

XXVII.
Eques
S A C E R D O S
Ordinis Conſtantiniani.

INter Equites poſſunt adnumerari Sacerdotes,qui in ſolemnibus actionibus conſuetum Sacerdotale capitis ornamentum deferunt, niſi forte Senatorio ordini adſcripti ſint; tunc enim eorum Sacerdotale Biretum eſt ſericũ villoſum cœrulei coloris aureo monogrammate Salvatoris decoratum. Pallium autem eſt quale ſimplicibusEquitibus aſſignatur. Equites verò Sacellarii ſeu obedientiæ, vulgo Cappellani nuncupati,in ſolemnibus functionibus bireto ac veſte talari, quæ Sacerdotali ordini conveniunt, utuntur, veſtem aliam breviorem ſerico cœruleo addunt illi ſimilem, quam ſuperpelliceum latini dicunt, Italici *Cotta*, ſericis undique laciniis ornatam, cujus manicæ ſunt oblongæ ac latæ uſque ad ambitum quatuor palmorum; manicæ verò ſiniſtræ, qua lævo adheret humero, crucem ordinis oloſericam villoſam affixam gerunt. Extra tamen ſolemnes actiones crucem geſtant auream, collo appenſam, & aliam laneam pallio aſſutam, laneo etiam funiculo flavo circumſeptam: Sacerdotes inſuper, qui à Clauſtris ad hunc ſacrum ordinem apoſtolica authoritate & diſpenſatione tranſitum faciunt, non holoſericam villoſam & auream, ſed laneam tantùm ejuſdem coloris crucem croceis filis & ſericis characteribus elaboratam in pallio geſtant, niſi nobilitate ad Equitum nobilium jura a Magno Magiſtro admittantur.

XXVII.
Cavaliere
CONSTANTINIANO
Sacerdote.

FRa li Cavalieri ſono anche aſcritti molti Sacerdoti, li quali nelle ſolenni funzioni portano in capo la conſueta beretta uſata dalli Sacerdoti,ſe però non ſono del primo ordine, e di gran Croce; poiche allora l'uſano di velluto turchino fregiato col monogramma d'oro. Li Cavalieri poi Sacerdoti, chiamati Cappellani e di Ubidienza, uſano la veſte propria delli Sacerdoti, e aggiungono una ſopraveſte ſimile alla cotta di ſeta turchina di maniche molto larghe ſino alla miſura di quattro palmi. Sopra cui nella parte ſiniſtra è affiſſa la croce roſſa dell' ordine di velluto; ma fuori delle Funzioni ſolenni portano la croce d'oro pendente ſul petto, e un'altra affiſſa al Mantello di lana,orlata di cordoncino giallo della materia medeſima. Così parimente, ſe ſiano Sacerdoti ſtati Religioſi, ammeſſi in queſt' ordine con diſpenſa Pontificia; ſe pure per la nobiltà de i Natali non foſſero aggregati dal Gran Maeſtro al numero delli Cavalieri di Giuſtizia.

Eques Constantinianus dictus Iustitię uel Donatus

XXVIII.

Eques

CONSTANTINIANUS

dictus Donatus.

TErtio loco numeratur claſſis Equitum, qui Juſtitiæ appellantur inter quos eſt Claſſis Donatorum, qui non generis claritate, ſed morum honeſtate conſpicui dicuntur etiam Gratioſi, cum in eorum promotione ſuppleat Virtus & Gratia Supremi Magiſtri. Poſſunt hi per meritorum gradus evecti quamcunque ordinis dignitatem aſſequi. Hi omnes crucem auream in pectore geſtant, cum ornamentis ſupra deſcriptis, ſed ſine imagine S. Georgii, quæ tantùm Supremo Magiſtro & optimatibus convenit. In ſiniſtra pallii parte crucem oloſericam etiam deferunt, quæ menſuram palmi non excedit. Cum ſolemnibus Functionibus adſunt, cœruleo galero ſerico cum aureo monogrammate caput ornant, ſupra quem albæ criſtæ inſunt. Pallio utuntur cœruleo ex ſerico plano undulato, cum interiori integumento candido, & excepta operis differentia, Pallio Torquatorum forma conſimili. Crucem ferunt ex auro & encauſto rubro fabrefactam, eam aurea catenula collo appenſa ad pectus uſque deducit: Cœtera indumenta Torquatis communia geſtant, ut num. 24. demonſtrat.

XXVIII.

Cavaliero

CONSTANTINIANO

di Giuſtizia e Donato.

IN terzo luogo è la Claſſe de Cavalieri, comunemente detti di Giuſtizia, havendo tutti li requiſiti della Nobiltà, preſcritta dalli Statuti dell' ordine. Tra eſſi però altri ſono aggregati per altri preggi loro proprii, e diconſi Donati, ſicome Grazioſi o di Grazia quelli, che dal Gran Maeſtro furono aſcritti all' ordine, ſupplendo con la ſua grazia, ove il proprio merito non giungeva, e tutti poſſono eſſere abilitati alle cariche, e onori dell' ordine. Gli uni e gli altri portano nel Manto la Croce di ſeta, e in petto quella di oro ſopradeſcritta, ſenza però l' imagine di San Giorgio, uſata ſolamente dalli Cavalieri di gran Croce. Quando aſſiſtono nelle ſolenni Funzioni tengono in capo un Berrettone di ſeta, fregiato col monogramma di oro, ornato di piume bianche. Il manto è di armiſino ondato di colore turchino, foderato di bianco, di forma ſimile à quello delli Cavalieri di gran Croce; Il reſto dell' abito non differiſce dal ſopra deſcritto. La Croce è di oro ſmaltato di roſſo pendente sùl petto da una catenella d' oro attaccata al collo, come al num.24.

Famulus ordinis Constantiniani

XXIX.

Ordinis

CONSTANTINIANI

Scutiferi & Inſervientes.

ULtimo ordine continentur milites inſervientes, quorum primi ſcutiferi dicuntur; inſerviunt enim arma miniſtrando & pugnando cum hoſte in equitum ſubſidium; ſecundi verò ſervilia quæque Religionis tractant miniſteria, ipſiſque Scutiferis inferiores enſem, calcaria & reliqua militaria inſignia non geſtant; nec inter equites nobiles numerantur, licet membra ſint hujus ordinis, & cruce inſigniti. Eorum ſolemne ornamentum eſt cœrulea ſerica faſcia (italicè Banda) quæ à dextero decidens humero, in finiſtro latere complicatur. Eidem faſciæ crux ordinis ſupra pectus affixa eſt, ſed capite dempto & ſuperiori limbo, nec quatuor memoratis litteris decorata, Cæterum iſti vulgare pileum, & reliqua,quibus uti ſolent indumenta, non mutant. Equites autem in caſtris, & præliis albo brevique ſago, cui crux Religionis circa pectus eſt affixa utuntur, & Galea, ſcuto, thorace, lorica, haſta ultra enſem inſtructi poſſunt dimicare. Omnes armis exuti crucem oloſericam pallio aſſutam & aliam auream ante pectus ſemper deferre tenentur. Atque hæc de ordine Angelico Aureato Conſtantiniano & S. Georgii innuiſſe ſufficiat. Forma crucis,quam geſtantScutiferi ſub n.25. apparebit.

XXIX.

Scudiero e Servente

dell' Ordine

CONSTANTINIANO.

IN ultimo luogo ſi comprendono li Soldati, detti Serventi e Scudieri. Queſti ſomminiſtrano le armí e aſſiſtono alli Cavalieri in tempo di guerra; gli altri ſi occupano nelle Azzioni ſervili della Religione. La propria inſegna di ambedue è una Banda di ſeta turchina, che dalla ſpalla deſtra pende verſo il fianco ſiniſtro, e avanti il petto tiene inſerita una croce roſſa, a cui però manca la parte ſuperiore. Del reſto uſano l' abito ad arbitrio, e comune alli Soldati. Li Cavalieri, quando ſono in guerra uſano un giuſtacore bianco corto in forma di ſcapolare, fregiato con la croce roſſa dell' ordine. In teſta hanno l' elmo, in braccio lo ſcudo, l' aſta e la ſpada in mano, e uſano tutto ciò, che loro ſerve per guerreggiare. Dopo che i Cavalieri ſono aſcritti all' ordine hanno tutti per obbligo di portare ſopra il petto e nel Mantello la Croce, e tanto baſti havere accennato circa l' ordine Angelico, Aureato, Conſtantiniano, e di S. Giorgio. La croce del Servente e Scudiero è delineata ſotto il num.25.



Eques Crucis Burgundicæ

XXX.

Eques

CRUCIS BURGUNDICÆ

in Regno Thunetano.

CArolus V. immortalis gloriæ Imperator, cum memorabili expeditione militum Regnum Thunetanum, expulſo Ariadono Ænobardo, Muleaſſis Imperio reſtituiſſet; Burgundicam Crucem primariis Proceribus ob præclaram de Barbaris partam Victoriam donavit anno 1535. cui Cruci, adjuncto Calybe ignario, ſcintillas ex Silice extundente erat inſcriptio *Barbaria*. Quo nomine vocatur tota illa Ditio, quæ Regnum Thunetanum complectitur. Crux autem Burgundica illa eſt, quæ ex duobus baculis decuſſatim conjunctis efficitur, qua ſine dubio ſigni S. Andreæ indicatur. Gens enim Burgdundica S. Apoſt. Andream Patronum colit. Sed cur baculis decuſſatim poſitis, & truncatis ramis crucem hanc exprimat Princeps, non autem lignis dolatis, à quibus cruces fieri ſolent, credunt aliqui id factum poſtquam Duces Burgundiæ eſſe cæperunt Brabantiæ Duces, & per hos baculos ſignificare voluiſſe ſe ſuccedere veteribus illis Carolo Magno, Pipino, & aliis Franciæ Principibus, quorum genus floruit. Tandem Crux Burgundica ideſt S. Andreæ, viridis debet eſſe coloris, truncatis ramis &c. Quod verò ad Ignitabulum attinet, referunt id ad Philippum Bonum, & tale Emblema Silicum igniariorum frequens eſt in Stemmatis Burgundicæ Gentis, eo quod minax & cladis indicium ſit; Illis ferramenta Calybea addita ſunt ad majorem terrorem & perniciem ſignificandam, nam ex Calybe quidem non domatur ſilex, ſed ignis erumpit, ſi affricetur, vide torquem ſub n. 26.

XXX.

Cavaliere della

CROCE DI BORGOGNA

in Tuniſi.

DOpo che l' Imperatore Carlo V. di glorioſiſſimo nome debbellò in Tuniſi Ariadeno Barbaroſſa, e lo reſtituì a Muleaſſo, da lui cacciato, riconoſcendo da Dio queſta Vittoria inſtitui nell' anno 1535. un Nobiliſſimo ordine di Cavalieri, i quali ſi erano trovati in quell' Armata, e havevano con valore combattuto, nominandoli della Croce di Borgogna in Tuniſi. L' impreſa ad eſſi aſſegnata fu una collana, formata di lamine di oro frà gemme, e fiamme, ſotto di cui pendeva la Croce di S. Andrea detta di Borgogna, nel mezzo della quale era una pietra focaja circondata di ſcintille tra due fucili con queſta parola *Barbaria*, con il qual nome ſi eſprime il Dominio ſpettante al Regno di Tuniſi debellato. La croce poi ſi compone da due tronchi, ed' è quella di S. Andrea, Santo Tutelare della Borgogna; e ſi deve avvertire eſſere due tronchi, non puliti, ma nodoſi ſenza i rami, accioche s' intenda (come ſcrivono alcuni) che Carlo ſuccedè à molti Principi, i quali fiorirono glorioſi avanti lui, e tali furono Carlo Magno, Pipino, e altri. La Croce era eſpreſſa con ſmalto verde. Per quanto ſpetta al fucile, dicono foſſe Emblema inventato da Filippo Bono, e frequentemente ſi vede nelle armi delle Famiglie di Borgogna, per dinotare terrore e ſpavento; impercioche la Pietra non ſi vince dall' Acciajo, ma getta fuoco ſe ſi percuote. L' imagine quì poſta è preſa dalla raccolta di Cavalieri ſtampata in Francia l' anno 1670. La collana ſi troverà eſpreſſa ſotto il num. 26.

Miles Cruciatę

XXXI.

Eques vulgò dictus

CRUCIATÆ.

A Pluribus Summis Pontificibus, Principes Chriſtiani convocati fuerunt ad prælia inferenda contra Fidei catholicæ hoſtes, & ſingulis Acierum militibus Salutare S. Crucis ſignum præſcriptum fuit; Quamobrem milites Crucigeri, & vulgo Cruciatæ, dicti fuerunt. Rubra & plana illa erat, in parte dextera indumenti affixa, ejus figuræ, quam demonſtrat in noſtro Catalogo num. 27. Illa tamen variis coloribus expreſſa fuit pro libito Principum, ut proprii milites à cœteris dignoſcerentur. Anno 1095. Urbanus II. hujuſmodi Acies primus inſtituit, quarum celeberrimus Imperator fuit Godefridus Bulioneus, Lotharingiæ Princeps, cum Fratribus Euſtratio & Balduino. Poſtea ſub Paſchali II. ſimilem exercitum inſtructum; fuiſſe legimus. Tertio ann. 1143. ſub Engenio III. Deinde an. 1571. S. Pontifex Pius V. cum Rege Hiſpaniarum & Republica Veneta celeberrimam pugnam commiſit contra Turcas, à quibus victoriam apud Echinadas non ſine cœleſti patrocinio Arma Fidelium retulerunt. Hujuſmodi tamen militum Acies Ordines Equeſtres dici propriè nequeunt, ſed tantùm dicuntur Milites, cruce inſigniti in eo prælio; eodem abſoluto, crucis etiam ſignum deponebant, perfruentes privilegiis, ſibi à Summo Pont. in præmium conceſſis.

XXXI.

Cavaliero o ſia Soldato della

CROCIATA.

FUrono più volte convocati da Sommi Pontefici li Prencipi Chriſtiani ad armarſi contro gl' inimici di noſtra Fede, e fù aſſegnata à tutti gli Eſerciti l' inſegna della S. Croce; onde ſi denominorono Crociate: era queſta di figura liſcia, e roſſa di colore, poſta nella parte deſtra del Petto, indicata dal num. 27. la quale però fu variata in varii colori, ſecondo il guſto delle Nazioni, accioche una dalle altre ſi diſtingueſſe. Nell' anno 1095. fu convocata da Urbano II. primo autore di tele armata, e li più celebri cōmandanti furono Goffredo di Buglione, Prencipe di Lorena, cō Euſtratio e Balduino ſuoi Fratelli. La ſeconda fu nel 1101. ſotto Paſquale II. la Terza nel 1145. Regnante Eugenio III. e dopo altre, numerate dal Giuſtiniani ſino a quattordici, fu la memorabile detta col nome di Sacra Lega nell' anno 1571. del S. Pontefice Pio V. del Rè di Spagna, e Republica di Venezia; in cui reſtò debbellato il Turco con la celebre vittoria riportata alli Curzolari. Queſta Croce però non fù propria di Ordini Equeſtri, ma marca militare, con cui li Sommi Pontefici vollero contraſegnare quelli, quali preſero le Armi per la S. Fede; e finita la Battaglia, ceſſava anche l' inſegna della S. Croce, reſtando il premio delle Indulgenze, e altri privilegj à chi haveva combattuto.

Eques Cicni in Flandria

XXXII.

Eques

C Y G N I

in Brabantia.

RIccardus Waſſemburgenſis in Antiquitatibus Belgicis meminit vetuſtiſſimæ militiæ, Cygni nomine, illuſtris, à Salucio Brabone excitatæ, à quo Brabantiam denominatam volunt nonnulli; quamobrem Ducem Brabantiæ appellatum fuiſſe dicunt. Ut autem ille diſcordias, & diſſidia inter Proceres componeret, ob quæ multis familiis ultima pernicies imminebat. Equites ſelegit, quorum ſtudia ad animos diſſidentium pacandos impenſe converterentur. Annum Inſtitutionis tacent Scriptores. Compoſitis autem Belgicis, ſeu Brabantiæ diſſidiis, etiam hunc Equitum ordinem ceſſaſſe volunt aliqui, alii verò exiſtimant ob variationem Dominiorum, & bellorum viciſſitudines defeciſſe; conveniunt tamen fere omnes, hos milites aureo torque donatos fuiſſe, à quo Cygni figura pendebat, ſupra veſtem nigram. Cur inter ceteros hic avis in concordię ſimbolum electus fuerit, incertum eſt, ſicut incertum an veſtis nigra fuerit pręſcripta. Equitem propterea expreſſimus, eo torque ornatum, qui diſtinctius apparet inter inſignia num. 28.

XXXII.

Cavaliere
DEL CIGNO
nel Brabante.

RIccardo Vaſſemburgenſe nelle antichità della Fiandra fece menzione di un' ordine Equeſtre, denominato del Cigno, inſtituito da Salucio Brabone, detto Duca del Brabante, da cui vogliono foſſe derivata queſta denominazione. Vedendo Salucio, che in quella Provincia erano talmente creſciute le diſcordie, e inimicizie tra molte famiglie delle più nobili, alle quali perciò ſopraſtava la totale ruina delle facoltà, e della vita, procurò di pacificare gli animi di tutti, e a queſto fine eleſſe molti Cavalieri, ſuoi parziali amici; acciòche con ogni ſtudio conciliaſſero la pace degli animi diſcordi. In quale anno haveſſe principio queſt' ordine dicono eſſere incerto, e molti affermano, che per la pace conciliata ceſſaſſe affatto queſta ſorte di milizia; altri penſano che ciò accadeſſe per la mutazione, e vicende delli Dominii. Si afferma però da tutti, che la loro inſegna era una collana d'oro, da cui pendeva la figura d'un cigno ſopra fondo nero; ne ſi sà per qual cagione foſſe eletto queſto Ucello per ſimbolo di concordia. Ma ſi crede foſſe per capriccio, e ſolamente per indicare tal numero di Cavalieri. Alcuni dicono haveſſero abito nero, ma di ciò non ſi hà fondamento alcuno; onde qui ſi è eſpreſſo un Cavaliere, ornato di tale collana, la quale diſtintamente appariſce ſotto il numero 28. delle inſegne Equeſtri.

Eques Daneburgicus

XXXIII.

Eques

DANICUS.

ANtiquiſſimum extitiſſe Equitum ordinem in Regno Daniæ multi ſcriptores affirmant, qui tamen in referendo tempore inſtitutionis non conveniunt; omnes autem referunt illum extinctum remanſiſſe, donec anno 1672. Chriſtianus Quintus Rex ad priſtinum ſtatum eundem revocavit die natalitio ſui Primogeniti, quem Regia pompa celebravit. Eo die Equites indumento albo induti, crucem adamantibus exornatam viridi ligamine pectori appenſam oſtentarunt, inſuper ſupra clamydem hæc verba, *Pietati & Juſtitiæ*, expreſſa legebantur. Hæc poſtea ablata fuerunt, & omnibus præſcripta fuit clamys coloris roſarum, albo ſerico in parte interiori tecta. Pileum plumis exornatum gerunt, ſicuti Equites, qui à Spiritu Sancto dicuntur. Tali indumento exornati incedunt, cum annuatim memoria celebratur Regiæ Nativitatis, Inaugurationis, & Deſponſationis, Regemque nobili pompa comitantur. Crucem expreſſimus ſub n. 29. Hic imaginem Equitis poſuimus.

XXXIII.

Cavaliere

DI DANIMARCA.

BEnche ſi riferiſca dagl' Autori un'antichiſſimo ordine Equeſtre in Danimarca, non convengono nell'aſſegnarne il tempo della Inſtituzione. E certo però che per molto tempo rimaſe eſtinto, ſinche nell'anno 1672. fu rinovato dal Rè Criſtiano Quinto nel giorno ſolennemente da lui celebrato per la naſcita del ſuo figliuolo Primogenito. Li Cavalieri con tale occaſione portarono una veſte bianca, e ſopra il petto ligata con naſtro verde una croce, ornata di pretioſi diamanti, oltre ciò havevano nella parte ſiniſtra della clamide eſpreſſe queſte due parole *Pietati & Juſtitiæ*. Furono poi tolte, e fu preſcritta à tutti una veſte di colore di roſe, foderata di bianca ſeta. Il Cappello fu ornato di piume a ſimilitudine delli Cavalieri, detti dello Spirito Santo. Con queſta diviſa convengono tutti nelli giorni, ne quali ſi celebra la memoria della Naſcita del Rè, della di lui Incoronazione, e dello Spoſalizio del medeſimo; aſſiſtendogli tutti con magnifica pompa. La croce di eſſi ſta eſpreſſa ſotto il num. 29. Quì è l' imagine del Cavaliero.

Eques Disciplinę ſeu Aquilę Candidæ

XXXIV.
Eques
DISCIPLINÆ & AQUILÆ
Candidæ.

APud Principes Auſtriacos Viri virtute ac magnanimitate præclari ſemper floruerunt, qui fidem catholicam contra ejus Hoſtes defenderent; & ſicuti in Regnis Hiſpaniarum agnomen Catholicorum obtinuerunt, ita in Regionibus Germaniæ eorum virtus contra Hæreticorum pervicaciam emicuit. Ad hunc finem inſtitutum fuiſſe legimus ordinem Militarem & Equeſtrem, Diſciplinæ dictum, cujus Equites ſupra veſtem cianeam, imaginem Aquilæ Candidæ gerebant, ut colore cianeo Cœlum ſignificarent, quod à Supremo Remuneratore accepturi erant, ob candorem morum, quem Albedine Aquilæ candidæ ſibi inculcabant. Quis nã fuerit ejus ordinis Author, a quo fuerit confirmatus, quaſque Conſtitutiones Equites profiterentur, quo inſuper tempore floruerint, apud nullum Authorem, Rerum, præſertim Germanicarum, reperire potui. Ordinem tamen ejuſmodi extitiſſe ajunt, cujus emblema Aquila candida erat ſupra veſtem ut apparet in Icone, & ſub nu.30. notum eſt etiam militaſſe ſub Regula S. Baſilii, cum obligatione arma ſuſcipiendi pro fide, Regni confinia defendendi, & obedientiam Imperatori præſtandi.

XXXIV.
Cavaliere della
DISCIPLINA e dell' AQUILA
Bianca.

FU ſempre nella Caſa di Auſtria gente generoſa per difendere la fede contro gl' inimici di eſſa, e ſicome nelle Spagne acqoiſtò il nome di Cattolica, così nella Germania ſi celebrò il di lei zelo contro l' Ereſia a favore della Chieſa Romana. Fu perciò da eſſa inſtituito un' ordine di Cavalieri Militari, detti della Diſciplina, e dell'Aquila candida; poiche a loro fu aſſegnata per diviſa un Aquila bianca ſopra manto azzurro; come ſotto il n.30. ſimboleggiandoſi nel colore bianco la Purità dell' Animo, che dovevano profeſſare li Cavalieri nella Cattolica Religione, e col colore della veſte il poſſeſſo del Cielo, che a quella ſi prometteva dalla Clemenza Divina. Benche non ſi riferiſce il tempo di queſta inſtituzione, ſi ſa che riportò glorioſe vittorie da Turchi. Le loro obligazioni erano prender le Armi per la Chieſa Romana, guardare li confini del Regno, ubidienza al Sovrano, e militavano ſotto la Regola di S. Baſilio. L' abito è nella imagine, preſa dalla impreſſione di Parigi al num. 63.

Eques Draconis in Hungaria

XXXV.

Eques
DRACONIS
in Germania.

Sigiſmundus Imperator adeò ſtudioſus fuiſſe legitur magnitudinis Chriſtianæ, ut non ſolùm pluſquam vicies collatis ſignis cum Barbaris pugnaverit, ac vicerit, ſed zelo & precibus ejuſdem duo Economica Concilia, Conſtantiæ, & Baſileæ pro extirpanda hæreſi celebrata fuerint. Idem ut Chriſtianam rem contra Infideles, commodius & validius tueretur, ac propugnaret, erexit ordinem militum, quos imagine Draconis devičti decoravit, ut teſtaretur debellatos Hæreticos, & Regnorum ſeditioſos ſuperatos, qui ſunt Monſtra veneno plena. Non tamen conveniunt Authores in anno ejus Inſtitutionis. Probabiliorem fuiſſe annum 1385. in Nuptiis cum Regina Maria ſcripſit Juſtinianus. Idem Draco (ait Mendo) erat à viridi zona ſuſpenſus Juſtinianus verò apertè ſcripſit & defendit illum fuiſſe aureum ab aureo torque pendentem, ea forma, quam expreſſimus ſub n.31. Huic militiæ ſuum nomen dederunt Aragoniæ Reges, & Plures Principes, dum florebat; at viciſſitudine temporum, & Regnorum perturbationibus omnino defecit. Imaginem Equitis Hungari eo torque inſignitum damus ex collečtione Pariſienſi acceptam.

XXXV.

Cavaliere
DEL DRAGONE
in Germania e altrove.

Si legge che Sigiſmondo Imperatore fu ſi zelante di mantenere lo ſplendore della Fede Cattolica, che non ſolamente più volte entrò in battaglia con gl' inimici di eſſa, e debbellò i Barbari, ma accioche reſtaſſe del tutto eſtirpata l' Ereſia promovè due Concilii Ecumenici, di Baſilea uno, e l' altro di Conſtanza. Non contento di ciò ereſſe un nobiliſſimo ordine di Cavalieri, nobilitandoli con l' inſegna di un Dragone morto, quale pendeva da una catena d' oro, come ſcriſſe il Giuſtiniani, e noi abbiamo eſpreſſo ſotto il num. 31. ſe bene il Mendo aſſeriſce, che era ſoſtenuto da un laccio verde. Volle con queſto ſimbolo dichiarare le vittorie, riportate dagli Eretici e da Barbari infedeli, moſtri pieni di veleno e dannoſi alli Popoli. Non ſi accordano gli Autori in riferire il tempo di tale Inſtituzione, ma il Giuſtiniani ſtima eſſere più probabile l'anno 1385.quando l'Imperatore ſposò la Regina Maria. Riferiſce il Mendo, che foſſero annoverati a queſto nobiliſſimo ordine molti Principi, e Rè d'Aragona; ma per le vicende de Tempi e delli Regni ora è affatto eſtinto. L' imagine quì poſta rappreſenta un' ungaro ornato di tale collana preſa dalla Impreſſione di Parigi.

Eques Elephantis

XXXVI.
Eques
ELEFANTIS
in Regno Daniæ.

IN Dania ordo Equeſtris floruit, Divæ Virgini dicatus, & vocabatur S. Mariæ, & Elephantis. Ejus militibus pro teſſera erat torquis aureus ex Elephante caſtellum tergo ferente, & calcaribus interpoſitis connexus, appenſa inferius effigie Dei Matris radiis circumdatæ, a qua etiam pendebat orbicellus aureus tribus clavis inſignis, quæ omnia ſymbola erant Chriſtianæ pietatis, & dignitatis equeſtris. Ejus inſtituti leges & conditorem ſe ſcire non potuiſſe affirmavit Mennenius. Aliquem Federicum, Patrem Chriſtiani III. Regis Daniæ ejus conditorem aſſerunt; Juſtinianus ſibi ſuaſit fuiſſe Chriſtianum II. cujus tempore Religio Chriſtiana in eo Regno florebat; nec mirum ſi Elephantis ſimbolum huic ordini cohoneſtando aſſumptum fuerit; cum egregiis virtutibus præditum hoc animal prædicetur, præcipue fortitudine & prudentia. Ejuſmodi inſigne pluries variatum fuiſſe retulit Juſtinianus; initio enim ejus formæ fuit, quam expreſſimus ſub numer. 32. deinde loco torquis duæ cruces Patriarchales & Elephantes erant à quo imago B. Virginis pendebat, radiis coronata & ſub ejus pedibus tres clavi ſupponebantur ut ſub nu. eodem. Veſtem, qua in ſolemnibus diebus utebantur hi Equites ſcripſit Juſtinianus fuiſſe Clamidem ſericam in humero dextero gemma conjunctam, & in parte ſiniſtra cruce alba radiis circumdata inſignitam. Supra pectus in parte dextera pendebat Imago Elephantis, ſerica faſciola collo alligata.

XXXVI.
Cavaliere
DELL' ELEFANTE
in Danimarca.

FIorì in Danimarca un' ordine Cavalleresco, nominato di S. Maria dell'Elefante; l' inſegna del quale era una collana di oro, da cui pendevano l'imagine dell' Elefante, e punte di Sperone. Sotto l'Elefante era in una medaglia l' imagine della Beatiſſima Vergine, circondata di raggi, a cui erano aggiunti tre chiodi, tutti ſegni di Pietà Chriſtiana. Quali Conſtituzioni oſſervaſſero queſti Cavalieri, e chi ne foſſe l' Autore il Mennenio confeſſa non haverlo potuto ſapere; Alcuni ſcriſſero eſſerne ſtato l' Inſtitutore Federico, Padre di Chriſtiano III. Rè di Dania: Il Giuſtiniani tenne per certo eſſere ſtato Chriſtiano II., nel di cui tempo fioriva in quel Regno la Fede Cattolica, non ancora infetta degli errori dell' Ereſia. Reſtò poi la ſola denominazione dell' Elefante con raggione eſpreſſo, perche trà tutti gli animali è il più forte, e prudente. Con il decorſo de tempi fu variato il Simbolo di queſti Cavalieri, poiche ſecondo il racconto del Giuſtiniani nel principio era della forma, da noi eſpreſſa al num. 32. dopo fu compoſto di due croci patriarcali, e queſte ſoſtenevano un' Elefante, da cui pendeva l' imagine della B. Vergine con li chiodi ſopradetti; Finalmente fu formata una collana. Da Elefanti e croci patriarcali, con la medaglia della Vergine, circondata di Raggi, con tre chiodi ſotto ai piedi, come al n. medeſimo. Circa il veſtito uſato dalli Cavalieri ſcriſſe il Giuſtiniani, eſſere ſtato una clamide o manto, che dalla ſpalla deſtra, ove era legata con una gioia, pendeva ſino à terra, e nella parte ſiniſtra del petto era eſpreſſa una croce bianca, circondata di Raggi. Nella parte deſtra del petto pendeva un Elefante d'oro, ligato al collo con laccio di ſeta, tace però il colore del manto, e dice ch' era ornato di ricamo.

Eques Enſifer in Liuonia

XXXVII.

Ordo

ENSIFERORUM

in Polonia.

CUm in Livoniæ & Poloniæ Regionibus Fidem Catnolicam extirpare Barbari conarentur, aliquot natu nobiles ſeſe illis opponere omni conatu decreverunt; quamobrem monaſterio excitato anno 1197. in honorem B. Virginis, viros religioſos in eo collocarunt, ut rudes dogmata Chriſtianæ fidei edocerent. Eorum Principem narrant fuiſſe Mainardum Segebergenſem, alii quendam Albertum ex collegio Bremenſi. Hic igitur Equitibus multis conſcriptis Regni defenſionem ſuſcepit. Hinc Equitum ordo inſtitutus fuit, quorum inſignia duo enſes erant ſupra veſtem ut ſub nu. 33. & in Urbe Rigenſi Sedem poſuerunt. Cœleſtinus III. illum approbavit, confirmavitque Innocentius III. ſub Regula S. Baſilii indito nomine militum Jeſu Chriſti. Cum autem Teutonicorum Ordo ex Paleſtina profligatus in eas Regiones tranſitum feciſſet, ut in Pruſſia fidei hoſtes extirparet, multi ſeſe illis addiderunt ex hoc ordine, atque unicus ordo remanſit, Cœterũ ob Lutheri errores, mutata in iis Regionibus Religione, ejus militiæ Chriſtianæ decora in deſuetudinem abierunt.

XXXVII.

Cavaliere

DELLE SPADE

in Polonia.

NUmerabatur Tempore Pauli V. Summi Pontif. Equitum Ordo, quorum inſigne erat crux cœrulea Melitenſium Equitum ſimilis, auro circundata, & in ejus centro aureis caracteribus nomen Jeſu exprimebatur, & in parte averſa nomen Mariæ, ea ratione, quam num. 53. indicabit. In colore autem pallium, quo B. Virginis imago communiter exprimitur, ſignificari voluerunt; ob idq; Equites Jeſu, & Mariæ vocabantur. Veſtis qua induti incedebant, ad ſolemnes actiones alba erat ex lana & ſerico texta, eadem cruce inſignita. Supremo Magiſtro ſubjacebant, qui Romæ eligebatur ex tribus Equitibus, quos Summus Pontifex ut digniores deſignabat; Ille autem crucem ejuſdem formæ ſed majorem ſupra pectus gerebat; Quiſque in ordinem cooptatus tenebatur Equum alere, & famulum armis munitum, ut Ditionem Eccleſiaſticam ab hoſtium incurſionibus defenderet.

LVIII.

Cavaliere

di GIESU e MARIA.

NEl tempo, in cui regnava il Sommo Pontefice Pavolo V. fioriva tra gli ordini Equeſtri uno dagli altri diſtinto per una croce di colore turchino ſimile nella forma alla croce di Malta, e orlata d' oro, e nel centro di eſſa era eſpreſſo con caratteri d'oro in una parte il nome di Giesù, come ſi dimoſtra ſotto il num. 53. e nella parte oppoſta il nome di Maria, e perciò ſi chiamavano i Cavalieri di Giesù e Maria. Vollero ſignificare nel colore celeſte il manto, con cui ſi ſuole dipingere veſtita la Beatiſſima Vergine. La veſte da eſſi uſata nelle Funzioni ſolenni era di Ciambellotto ondato bianco, ſopra cui era la croce deſcritta, cucita nella parte ſiniſtra del petto. Riconoſcevano un Gran Maeſtro per Superiore, il quale era eletto in Roma, e ſcelto da tre Cavalieri, giudicati dal Sommo Pontefice per li più degni. Havevano obbligo di mantenere un cavallo, e ſervitore armato, per accorrere alla difeſa dello ſtato Eccleſiaſtico, quando ne foſſe nato il biſogno.

Eques S.S. Ioannis et Thomę Acconensis

LIX.
Eques
S. JOANNIS Acconenſis & S. THOMÆ.

MEmoriæ proditum eſt erectum olim fuiſſe collegium militum S. Joannis, dictum ab Accone, una ex quinque, quæ in Sacra Scriptura nominantur Civitatibus Syriæ, non verò Anconæ, quæ Urbs eſt in Italia, ut ſcripſit Joſeph de Michieli in Theſauro militari. Initio infirmis & Peregrinis loca ſacra inviſentibus, piam operam impendebant ejuſmodi milites, mox arma adjunxere, æmulati Fratres S. Joannis hoſpitalarios, exinde inter ordines militares ob id enumerati. Hieronymus Romanus floruiſſe eos tradit, regnante in Hiſpania Alphonſo, cognomento Sapiente, & ab eodem teſtamento condito, pecuniis donatos. Toſtatus autem ea ætate in qua ſcripſit, nullam extitiſſe memoriam ejus ordinis, immo & paulatim illum periiſſe affirmat cap. 15. ſuper Ioſue. Romanus addidit talem ordinem, Alexandro IV. Pontifice Maximo regnante, titulum S. Thomæ cum titulo S. Ioannis habuiſſe, illumque Alexandrum IV. confirmaſſe, & poſtea Joannem XXII. Addit P. Andreas Mendo de ord. milit. quæſt. 2. §. 23. antequam hic ordo extingueretur aggregatum fuiſſe ordini Militari S. Joannis Melitenſi; Inſigne erat crux rubea inſtar Crucis de Monteſa, ideſt plana, additis appendicibus in extremitatibus, in formam mallei, & in ipſius medio effigies Sanctorum Joannis & Thomæ, ut ſub numero 54. Qua nam veſte uterentur Equites nullus memorat; profitebantur tamen Regulam S. Auguſtini. Hic militem cum cruce expreſſimus ſupra indicata.

LIX.
Cavaliere
DI S. GIOVANNI e TOMASO in Accone.

FU gia anticamente inſtituito nella Città di Accone, e non di Ancona Città dell'Italia, come ſcriſſe Giuſeppe Michieli nel ſuo Teatro militare, la quale era in Siria, un'ordine di Cavalieri, l'inſtituto delli quali era il ſervire alli pellegrini, e infermi nell' oſpedale; ma poi aggiunſero l'eſercizio delle Armi per difeſa delli medeſimi, e delli Santi Luoghi della Paleſtina, ad imitazione delli Cavalieri, detti di S Giovanni oſpitalarii, hora di Malta. Racconta Girolamo Romano, che in Spagna fiorì ſotto il Governo del Rè Alfonſo, detto il Sapiente, il quale laſciò nel ſuo teſtamento alcuni beni à tale ordine. Il Toſtato dice, che nel tempo, in cui ſcriveva, non era alcuna memoria di eſſo in Spagna. Anzi che prima di ceſſare affatto (dice il P. Mendo) foſſero uniti tali Cavalieri all' ordine di Malta. Il Romano aſſeriſce che ſotto il Pontificato di Aleſſandro IV. haveva il titolo di S. Giovanni, e di S. Tomaſo, e da quel Pontefice fu approvato, confermato poi da Papa Giovanni XXII. ſotto la Regola di S. Agoſtino. L'inſegna era una croce roſſa piana, terminata con le punte a martello, e in mezzo di eſſa erano le imagini de Santi Giovanni, e Tomaſo, come al num. 54. ſi è eſpreſſo. Dell' abito ſe foſse particolare e proprio di tutti da niun Scrittore ſi riferiſce.

Ordinis S. Ioannis hierosolymitani Magnus magister

LX.

Eques Hoſpitalarius S. JOANNIS, ſive RODIANUS nunc verò Melitenſis.

EO tempore, quo Terra Sancta Chriſtianorum expeditionibus fuit celebris, quatuor ſacri militum ordinis hyeroſolimis exorti ſunt, inter quos nominatur Hoſpitalarius, qui & S. Ioannis dictus fuit eo quòd Hoſpitale S. Ioannis prima ſedes ejus fuerit, a Gerardo quodam ędificatum an. 1113. annuente Paſchale Summo Pontif. Veſtem nigram crucemq; in ea candidam comilitonibus, beneplacito Honorii II. attribuit ejus formæ, quam exhibuimus ſub nu. 55. Leges poſtea dedit Raymundus de Podio, primus ordinis Magiſter, poſt Gerardum, & crucem planam in aliam commutavit, octo acuminatis extremitatibus abſolotã, quibus octo Beatitudinis ſignificantur; Illã exhibuimus ſub n. 55. Hunc Ordinem fuiſſe confirmatũ narrant a Gelaſio II. an. 1118. & privilegiis dotatũ a multis Pontificibus. Ejus finis fuit Peregrinis, ad loca ſancta confluentibus, genus omne pietatis exhibere, & itinera a Barbaris tuta reddere. Chriſtianorum deinde rebus in Syria perditis, illis tributa eſt Rhodii Inſula a Clemente V. quæ poſt multa prælia a Solimano XI. Turcarum Imperat. an. 1525. proditione ſuperata, in ejus manus devenit. Melitam denique a Carolo V. Imp. & Clemente VII. dono acceptam hi Equites petierunt, quę adverſus Turcas validum eſt munimentum. Hujus ordinis ſtatuta vetãt quemquam niſi nobili loco natum in illum cooptari. Omnes ſubiacent uni Supremo Magiſtro, qui Melitæ ſedem habet. Eius imaginem ponimus cum indumento, quod in ſolemnibus actionibus geſtat, præſcriptũ, ut narrat Alanus Muneſſon Mallet, in 3. tomo deſcriptionis univerſi ab Emo Ugone Loubeux Verdala, qui quinquageſimus ſecundus Magnus Magiſter numeratus eſt, ſcilicet cum Toga nigra ſerica parum ultra genua producta. Hanc cingulum circa lumbos circumdat, a quo crumena in dextero latere dependet, Pectus Crux ordinis exornat cœteris major: Supra Togam aliud indumenti genus ab humeris ad terram uſque valdè protenſum dependet, cum manicis ampliſſimis, cui etiam circa pectus in parte ſiniſtra crux nitet affixa. Capite biretum etiam nigrum ſuſtinet ejus formæ, quam oſtendit imago.

LX.

Cavaliere Oſpedaliere di S. GIOVANNI, o RODIANO ora detto di Malta.

NEl tempo in cui le Armate Chriſtiane reſero celebre la Città di Geruſalẽme, nacquero in eſſa 4. ordini di Cavalieri, fra quali fu quello detto d' Oſpedalieri e di S. Giovanni, perche la loro prima reſidenza fu in uno ſpedale, dédicato à detto Santo, eretto da un tale Gerardo, huomo pieno di carità con il conſenſo di Papa Paſquale nell' an. 1113. Preſcriſſe egli a tutti con l'autorità di Papa Onorio II. una veſte negra contraſegnata di croce bianca e liſcia, come noi poniamo al n. 55 Morto poi Gerardo furono formate Regole da Raimondo del Poggio, il quale fu il primo GranMaeſtro ſuperiore di tutti e mutò la croce, terminata da otto punte, come ſi vede ſotto il n. 55. nelle quali volle ſignificare le otto Beatitudini. Scrivono gl'Autori, che foſſe poi cõfermato l'ordine da Gelaſio II. nel 1118. e dotato di molti Privilegi da varii Sommi Pontefici Il fine primario fu di eſercitare ogni atto di carità verſo i Pellegrini, dalli quali ſi viſitavano i Luoghi Santi, e difendere le ſtrade dagl'inſulti de' Barbari. Caduta poi Terra Santa nel Dominio di queſti, e rimaſti privi li Cavalieri di quãto poſſedevano, fu ad eſſi donata l'Iſola di Rodi da Papa Clemente V. della quale dopo varie Battaglie nell' anno 1523. reſtò per tradimento Padrone Solimano XI. Imper. de' Turchi; onde Clem. VII. e Carlo V. donarono alli medeſimi Cavalieri l'Iſola di Malta, ove ſi fortificarono cõtro le invaſioni dell'Inimico. Secondo i ſtatuti di queſt' ordine niuno può eſſervi ammeſſo ſe non ſia nobile. Tutti ſono governati da un capo, il quale riſiede in Malta. Qui poniamo l' imagine di eſſo con l' abito ſolenne, preſcritto da Ugone Loubenx Verdala, ſtato il 52. GranMaeſtro, come racconta Alano Mallet nel ſuo 3. tom. della Deſcr. dell'univerſo Porta egli una Toga ſteſa ſino a mezza gãba di ſeta nera nell'eſtate, e di lana nell'inverno, cinta nei lõbi da cintura, che ſoſtiene una borſa. In petto è affiſſa la croce dell' ordine più grãde delle altre uſate dalli Caval. ſopra la toga aggiunge una clamide o mãto, ſteſo ſino a terra con maniche larghe, fregiata anch' eſſa con la croce medeſima nella parte ſiniſtra. In capo ſoſtiene un Berretone nero nella forma eſpreſſa nell' imag.

Eques S. Ioannis dictus magnę Crucis

LXI.

Eques
MELITENSIS
Magnæ Crucis dictus.

TOtus Ordo Equitum Melitenſium in octo linguas (ut vocant) ſive Provincias dividitur, quibus ſingulis datus eſt Prior. Ex illis Equites in tres claſses Raymundus de Podio diviſit, ſcilicet in Equites, Sacellarios (vulgo dicuntur Cappellani)& Servientes. Equites, & Sacellarii crucem geſtant ſimilem, minorem tamen illa, quam Supremus Magiſter oſtentat, & ſupra pallium, ex tela alba linea efformatam, ſupra pectus verò auream encauſto albo expreſsam. Servientes verò utuntur cruce, cui pars ſuperior deeſt, quæ ambæ ſub num. 56. viſuntur. Hic exponimus imaginem Equitis cum indumento, quo in ſolemnibus actionibus utuntur ii, qui ob dignitates acquiſitas Equites Magnæ Crucis dicuntur; His præſcribitur toga ſeu clamys nigra e ſerico cum manicis ampliſſimis uſque ad media crura extenſis. In parte ſiniſtra crux linea alba adnectitur. Referunt ſtatuta hanc fuiſse præſcriptam tanquam monimentum Togæ, e ſetis Camelorum textæ, qua indutus incedebat D. Joannes Baptiſta; Funiculum clamydi adnectunt, qui è collo dependet, e ſerico albo & nigro contextus. In eo Summus Magiſter Nicolaus Cotoner exprimi juſſit quindecim Dominicæ Paſſionis ſymbola. Baltheo, a quo enſis dependet Caſtitatem indicant, quæ ipſis commendatur, cum in ordinem aſsociantur.

LXI.

Cavaliere
DI MALTA
detto Gran Croce.

SI divide l'ordine di Malta in otto Provincie, che chiamanſi Lingue, a ciaſcuna delle quali è preſcritto un Priore; Li Cavalieri furono diviſi in tre claſſi per decreto di Raimondo del Poggio, cioè a Cavalieri detti militi, Cappellani, e Serventi. Li Cavalieri e Cappellani portano la croce della medeſima forma; li Serventi l' hanno priva della parte ſuperiore, come appariſce al num.56. Quella che ſi porta ſopra il mantello nella parte ſiniſtra e di tela di lino bianca, quella che pende dal petto più piccola, e di oro ſmaltato di bianco. Qui ſi è eſpoſto un Cavaliere con l' abito uſato nelle funzioni ſolenni dalli Cavalieri, li quali per le dignità acquiſtate nell' ordine ſono detti di gran croce. Sono dunque queſti veſtiti con una toga di ſeta nera ſteſa ſino a terra con maniche larghiſſime pendenti ſino a mezza gamba, nella parte ſiniſtra del petto è affiſſa la croce di tela bianca, la quale (come ſi dice nelli Statuti) è ſimbolo della veſte teſſuta di peli di Camelo, e uſata da S. Giovanni Battiſta. Dal collo pende un cordone teſſuto; di ſeta bianca e nera. Decretò Nicolò Cotoner ſettanteſimo Gran Maeſtro nel 1663.che in eſſo foſſero eſpreſſi quindici ſegni della Paſſione del Redentore. La cintura che ſoſtiene la ſpada ſignifica la virtù della Caſtità, inculcata alli Cavalieri allorache ſono annoverati in queſt'ordine.

Eques melitenſis Ecclesiaſticus

LXII.

Eques
MELITENSIS
Sacerdos.

INter milites Melitenſes qui Iuſtitię dicuntur, eo quòd poſt ſui generis claritatem probatam adſcribuntur, claſſis altera eſt, quæ Sacerdotes comprehendit, Sacris actionibus in templo olim aderant ſuperpelliceo albo, induti cum nigro birro, alba ordinis cruce inſignito, qui vulgo dicitur Mozzetta, & modò ex conceſſione Summi Pontificis Clementis XI. Rochetto utuntur lineo cum birro coloris violacei, cujus fimbriæ rubro terminantur, & bireto Sacerdotali caput contegunt. Unus eorum Prior Eccleſiæ S.Joannis & Magnæ crucis Eques appellatur, pluralitate votorum electus ex omnium Sacerdotem cœtu, ex quo etiam tres eliguntur, quos Magnus Magiſter digniores judicat ad Epiſcopalem dignitatem, & Summo Pontifici proponuntur, ut ex iis aliquem ſeligat ad ſacras infulas excipiendas. Præter hos Equites Juſtitiæ plurimi alii Sacerdotes numerantur cruce Melitenſi inſigniti, qui Sacellarii & Capellani nuncupantur. Hi famulatum ſuum in Xenodochio præſtant ægrotis, & in Claſſe maritima militibus ſacramenta adminiſtrant. Crucem albam in pallio tantùm aſſutam deferunt; ſed Sacerdotes, qui Equites Juſtitiæ dicuntur aliam auream albo encauſtico exornatam ut ceteri milites ante pectus gerunt. Imago hic expoſita Sacerdotem veſte Eccleſiaſtica indutum repręſentat.

LXII.

Cavaliere
DI MALTA
Eccleſiaſtico.

NEll' ordine delli Cavalieri di Malta ſono due claſſi una delle quali contiene li Cavalieri Secolari, l' altra comprende li Cavalieri Sacerdoti e Eccleſiaſtici, l' occupatione delli quali principalmente conſiſte in celebrare e aſſiſtere alli Divini Officii nel Coro nel modo uſato nelle Collegiate dalli Canonici. Uſavano per l'addietro la cotta ſacerdotale ſopra toga nera, e una mozzetta nera, fregiata con la croce dell'ordine; ma adeſſo per conceſſione di Papa Clemente XI. uſano il Rocchetto, e la mozzetta di colore violaceo, profilata di roſſo. Dal numero di queſti ſi ſuole eleggere con pluralità di voti uno, detto Priore della Chieſa di S. Giovanni, ove intervengono; ſicome dalli medeſimi il Gran Maeſtro elegge tre, ſtimati da lui li più degni, per proporli al Sommo Pontefice; acciòche ne ſia eletto uno per la dignità Epiſcopale, quando accade il biſogno. Oltre di queſti ſono molti altri Eccleſiaſtici, detti Cavalieri Capellani, e Serventi, i quali non portano la croce di oro nel petto, ma ſolamente quella di tela affiſſa al mantello. L' offizio di queſti è l' aſſiſtere agl' infermi nell'oſpedale di accompagnare li Cavalieri nelli viaggi di mare per amminiſtrare loro i Sagramenti, e fare ciò che appartiene alli Sacerdoti. Qui ſi è eſpoſta l' imagine delli ſopradetti Cavalieri con l'abito di coro.

Eques melitenſis in Bello

LXIII.

Eques

MELITENSIS

cum Veſte militari.

IN titulo II. Statutorum Ordinis Equitum Melitenſium veſtis preſcribitur, qua ipſi uti tenentur, dum in præliis cum hoſte congrediuntur. Armis autem uti pro libito illi poſſunt, ſed ſupra arma breve indumentum in formam ſcapularis addunt coloris rubri, quod ſupra pectus & ſupra terga crucem albam planam oſtentat, undecunque æqualiter latam, ut in imagine expreſſa cernitur. Non incongruum erit hic breviter recenſere ex Antonio Poſſevino cæremonias adhibitas, cum aliquis in Collegium Equitum adoptatur, plenas Chriſtiana pietate & militari ornamento. Ceream primò & candidam facem, quæ charitatem deſignat, geſtans Tyro, atque ante Altare procumbens in genua talari indutus veſte petit ab eo, cui facultas eſt, ut illum admittat; tum deauratum enſem accipit, ut catholicam Eccleſiam tueatur, & ſe ipſum pro Fide exponat. Deinde cingitur baltheo, ut ſciat caſtitatem eſſe ſervandam: Evaginato enſe ter percutitur in humero, ut ſciat ſibi gravia eſſe toleranda pro Chriſto, poſtea ipſe eodem enſe ter aerem feriens oſtendit ſeſe provocare hoſtes S. Fidei in nomine SS. Trinitatis. Tum manu Receptoris humero admota monetur ut adſpiret ad verum decus, poſtea aureata calcaria à duobus Equitibus illi adnectuntur, ut ſciat ſtimulos habendos eſſe ad peragendas res laudabiles, & aurum tanquam lutum calcandum. Cerea iterum face accepta, & ſacro Miſſæ audito interrogatur an velit admitti inter Equites, profeſſionem edit, & Miſſale portat ad Altare, & à preſidente accipit inſigne Equitis, ejus candor indicat puritatem ſervandam, & acumina octo Beatitudines, quas conſequetur ſi ſtrenue certaverit. Demum fune collo impoſito monetur dominici jugi, cui ſubjici debet, & in pace dimittitur.

LXIII.

Cavaliere

DI MALTA

con Abito militare.

NEl Capo undecimo delle Regole della Religione di Malta ſi preſcrive l'abito, da portarſi in guerra; e queſto altro non è che una camiciuola corta a modo di pazienza, di colore roſſo, pendente ſopra il petto, e ſchiena, ſegnata in ambedue le parti con croce liſcia e bianca, nella forma che ſi vede nella imagine, qui eſpoſta, potendo ciaſcuno adoperare oltre queſta quelle armi, che più gli piacciono. Non ſarà fuori di propoſito l' accennare quì in compēdio le cerimonie, cō le quali uno ſi ammette in queſt'ordine militare, ſcelte da Antonio Poſſevino, quali tutte ſono ſignificative, e piene di pietà criſtiana. Dovendoſi dunque aſcrivere un Novizio, queſto ſi preſenta in abito lungo nero con face acceſa, la quale dinota la carità, e inginocchiatoſi avanti l' Altare fà inſtanza di eſſere ammeſſo a chi è deputato per tale funzione. Da queſto riceve una ſpada, che indica doverſi egli eſporre con la vita per difendere la Fede Cattolica, dopo ſi cinge con l' armacollo, ſegno di Caſtità da oſſervarſi. Sfoderata la ſpada tre volte è percoſſa la di lui ſpalla, per fargli intendere doverſi ſottomettere a patimenti per amore di Chriſto. Altrettante volte egli feriſce con la punta l'aria, dando ad intendere di provocare l' inimico della S. Fede nel nome della SS. Trinità. Allora il Ricevitore ponendogli la mano ſopra la ſpalla l'ammoniſce che voglia ſempre aſpirare alla vera gloria, e dopo da due Cavalieri gli ſi pongono due ſperoni d' oro, acciòche intenda dover eſſere ſtimolato ad azzioni lodevoli, e conculcare l' oro come il fango. Preſa di nuovo la facella, e udita la Meſſa, viene interrogato ſe deſideri eſſere ammeſſo nell'ordine, e ſi pronuncia la ſolenne profeſſione delli Voti. Depoſto il Meſſale ſopra l' altare riceve la Croce, dal Ricevitore, il candore della quale ſignifica la purità, che deve oſſervare, e la forma le otto beatitudini da conſeguirſi dopo di havere combattuto, finalmente impoſta al collo una fune, con queſta gli ſi ſpiega il giogo, a cui ſi ſoggetta.

Eques Lauretanus Pontificius

LXIV.

Eques

LAURETANUS.

INter egregia præclaraque facinora, quæ Summi Pontificis Sixti V. nomen celeberrimum reddidere, Inſtitutio fuit Equitum, quos Lauretanos nominavit, ob imaginem & ſacellum Beatiſſimæ Virginis, quod in Urbe Lauretana colitur, atque ejuſdem patrocinio ordinem inſtitutum ſubjecit. In Conſtitutione hujus inſtitutionis anno 1586. conqueſtus fuit Pontifex ob extinctionem Ordinis Equitum erecti a Paulo III. ut Urbem Lauretanam eb hoſtibus Chriſtianæ Fidei defenderent Ravennæ, & Lauretanos ad eundem finem inſtituit, eoſque plurimis beneficiis dotavit. Illos præcipuè familiares Pontificis declaravit, nobilitatis nota inſignivit. & Comites Lateranenſes vocari juſſit. Paratos voluit ad ſacras expeditiones contra Infideles. Cœtera Privilegia in Conſtitutione indicata recenſentur; Ob hæc aliaq; Privilegia illis conceſsa quamplurimi ex primariæ nobilitatis Familiis adſcribebantur. Sed variata temporum decurſu SummorumPontificum ſerie, nobiliſſimi ordinis hujus ſplendor valdè defecit, remanſitque tantùm ejus veſtigium in memoriam Poſterorum. Illis numiſma aureum dependebat à pectore in quo imago erat Sanctiſſimæ Virginis Lauretanæ ut ſub num. 57.

LXIV.

Cavaliere

LAURETANO.

TRa le Azzioni inſigni, per le quali reſtò celebre il nome di Siſto V. fu l' inſtituzione dell' ordine Equeſtre, che nominò Lauretano, perche lo ſoggettò alla Protezzione della Santiſſima Vergine, che nella Città di Loreto ſi venera. Nella Bolla dell' Inſtituzione di queſt' ordine fatta nel 1586. ſi querelò il Pontefice dell' abolizione, fatta delli Cavalieri inſtituiti da Papa Pavolo III. perche fosſero pronti alla difeſa della Città di Loreto contro le Invaſioni delli Turchi; onde per il medeſimo fine inſtituì queſt' altro, dotando li Cavalieri di molti benefizii, dichiarandoli familiari di Sua Santità, nobilitandoli con il titolo di Conti Lateranenſi, econ altri privilegii, regiſtrati nella Bolla ſopradetta. Da queſti allettate molte Perſone Nobili procuravano di eſsere aſcritti a queſt' ordine; ma variandoſi col tempo le circoſtanze, e le vicende humane con la mutazione delli Sommi Pontefici, mancò lo ſplendore di queſta nobile milizia, e rimaſe ſolamente nella memoria de Poſteri. Portavano in petto una medaglia con la imagine della SS. Vergine di Loreto, come al num. 57.

Eques S. Lazzari Hierosolymitani

LXV.
Eques
S. LAZZARI.

INitia Ordinis S. Lazzari Scriptores, repetunt à temporibus S. Baſilii Magni, Cæſarienſis Epiſcopi, quem S. Gregorius Nazianzenus tradidit hoc titulo Noſocomium erexiſſe; ſed prima Inſtitutio ob Barbarorum incurſiones, atque injuria temporum collapſa cum eſſet, renata illa eſt felici ævo, quæ Chriſtiani Principes Terræ Sanctæ loca Barbaris eripuerunt. Itaque illo ſęculo Equites iſti non modò Chriſtianos hoſpitio exceperunt, ſed Barbaris arma etiam intulerunt, quo factum eſt, ut Balduinus II. & alii Reges Hieroſolymitani, aliique Principes ipſum Ordinis Magiſtrum & domicilia in Syria non parvis beneficiis cumulaverint. Item Boniacum, vulgo Boigni Ludovicus Gallię Rex illis aſſignavit, ubi, pulſis à Saracenis è Syria Chriſtianis, Magiſtri, domicilium eſt conſtitutum, ibique Conventus a ſodalibus haberi ſolebat. Id ad annum 1558. perduraſſe conſtat, & toti ordini multi Principes beneficia & prædia contulere, quas donationes Alexander IV. & alii Pontifices Romani ſuis Diplomatibus ſtabiliverunt. Solebant hi milites crucem viridem duplici acumine in bracchiis abſolutam ſupra album indumentum pro ordinis teſſera præferre, ut ſub num. 58. & S. Auguſtini Regulam profiteri, quæ omnia Gregorius IX. approbavit. Temporum poſtea decurſu, cum Inſtituti hujus dignitas jaceret Equites Rhodii ab Innocent. VIII. an. 1490. impetrarunt, ut cum Rhodianis confunderetur, ſic paulatim ejus ſodalitii memoria tum apud Gallos, tum apud Italos eſt obſcurata. At Pius IV. an. 1565, iterum excitavit, dotavitque empliſſimis privilegiis, creato Ordinis Magiſtro Joannoto Caſtilioneo Mediolanenſi. dato diplomate, quod Pius V. partim revocavit, partim moderatus fuit. Cumque Vercellis Caſtilioneus vita deceſſiſſet an. 1572. Gregorius XIII. ejus Principatum in Emanuelem Philibertum Sabaudiæ Ducem contulit aun. 1573. Philibertus autem conventu Equitum Nicæam indicto tanquam Magnus Magiſter leges condidit, Pontificis authoritate confirmatas, conjunctis, atque in unum confuſis S, Mauritii & S. Lazari ordinibus.

LXV.
Cavaliere
DI S. LAZZARO.

ANtichiſſimo fra gli ordini Equeſtri fu quello di S. Lazzaro, inſtituito in Paleſtina nel tempo di S. Baſilio, Veſcovo di Ceſarea, il quale ereſſe per tale ordine un oſpedale, conforme al racconto di S. Gregorio Nazianzeno; Ma eſſendo diſſipato da Barbari, fu di nuovo riſtorato nel tempo, in cui i Prencipi Chriſtiani ricuperarono li Luoghi Santi, e ſi occupavano queſti Cavalieri non ſolamente nel ſervire li Pellegrini, ma nell' opporſi con le armi alla violenza de' Turchi; che perciò Balduino II. e altri Rè di Gieruſalemme li ricolmorono di molti benefizi. Ludovico Pio Rè di Francia donò loro Boigni, ove, di nuovo ſcacciati dalla Siria, ſtabilirono la Reſidenza. Perſevérorono ivi ſino all' anno 1558. e Aleſſandro IV. con altri Pontefici confermarono le Donazioni fatte da molti Prencipi a queſt' Ordine. Portavano per diviſa una croce verde ſimile a quella di Malta ſopra veſte bianca, come ſta delineata al num. 58. Vivevano ſotto la Regola di S. Agoſtino approvati da Gregorio IX. Mancato poi lo ſplendore di eſſi, Innocenzo VIII. gli unì alli Cavalieri di Rodi, ma Pio IV. nel 1565. di nuovo li rimeſſe in piedi, aſſegnando per Gran Maeſtro Giannotto Caſtiglione Milaneſe, con Breve, riformato poi da S. Pio V. Eſſendo morto Giannotto Gregorio XIII. nell' anno 1573. transferì quella Dignità ad Emanuele Filiberto, Duca di Savoja, e ſuoi Succeſſori, e fu determinata la Reſidenze in Nizza, ſtabilite nuove leggi con autorità Pontificia, e indi in poi fu aggregato queſt' ordine a quello di S. Maurizio.

R

Eques S. Lazari et S. Mariæ Montis Carmeli

LXVI.

Eques
S. LAZZARI, & S. MARIÆ
de Monte Carmelo
in Gallia.

DIctum eſt, Equites Rhodianos, ſeu S. Joannis impetraſſe ab Innocentio VIII. ut S. Lazzari Sodalitium ipſis adjungeretur, quo factum eſt, ut ejus ordinis Principatum apud ſe Rhodiani retinuerint uſque ad Æmarum Caſtum, virum virtutibus clariſſimum. Is, quamvis Melitenſis Eques, militiam S. Lazzari reſtaurari in Gallia conatus fuit, & bona patrimonialia primis Poſſeſſoribus reſtituere. At cum in laudabili opere defeciſſet, Philibertus Nereſtanus demortui locum excepit, & Magiſtri dignitatem, profeſſione Melitenſibus non obſtrictus. Itaque Romam profectus a Paulo V. obtinuit ut S. Lazzari Equites Galli in poſterum S. Mariæ de Monte Carmelo & S. Lazzari nuncuparentur, & violacei coloris crucem, Virginis Mariæ effigiem è collo pendentem, itemque Chlamydi affixam præferrent. Ejus iconem oſtendit num. 59 Uſus ille fuit Romæ conſiiio & opera R. P. Petri à matre Dei, Carmelitæ Diſcalceati, qui Paulo Pontifici a Sacris Concionibus tunc erat, quamobrem in continuatione Annalium Baronii commendatur in tom. 12. Cœterum an. 1509. Nereſtanus Pariſiis in Suburbano S Lazzari Monaſterio, quod eſt Canonicorum Regularium Auguſtinianorum ſolemni ritu Equites aliquot creavit, & ſupradicta teſſera inſignivit, adhibitis iiſdem fere cæremoniis, quibus Melitenſes inaugurantur, hoc tamen diſcrimine, quòd Equites S. Mauritii, ſicuti in Sabaudia, a nuptiis non arceantur; abſtinere ſe quidem a carnibus feria tertia, coronam ſingulis diebus recitare, & ſabbato miſſam audire refert P. Mendo. Ex his ergo patet S. Lazzari, ordinem velut in duo Sodalitia diviſum eſſe, ſcilicet in Mauritianum in Sabaudia, alterum Mauritianum & Carmelitanum, & Gallorum proprium hodie cenſeri. Veſtis qua Eques utitur in ſolemnioribus diebus ſerica eſt coloris floris Amaranthi aureis floribus exornata, ut oſtenditur in imagine.

LXVI.

Cavaliere di
S. LAZZARO, e S. MARIA
del Monte Carmelo
in Francia.

DOpo che alla Religione di Malta per indulto d' Innocenzo VIII. fu unito l' ordine di S. Lazzaro, durò tale unione ſino al tempo di Emaro, detto il Caſto; Queſti eſſendo Gran Maeſtro dell' ordine di S. Lazzaro nella Francia, procurò di rimetterlo in piedi, e fare che godeſſe i beni prima poſſeduti; ma eſſendo morto prima di porre ciò in effetto, Filiberto Nereſtano, ſucceduto nella dignità, cominciò a governare ſenza dipendenza alcuna dalla Religione Rodiana. Andoſſene poi à Roma, ove ottenne da Papa Pavolo V. che per l' avvenire l' ordine, da lui governato, ſi chiamaſſe della Madonna del Monte Carmelo, e che li Cavalieri haveſſero per inſegna nel petto e nel manto una croce di colore violaceo; in mezzo a cui foſſe l' imagine della B. Vergine come moſtra il num. 59. Si ſervì egli per queſt' opera del conſiglio del P. Pietro della madre di Dio, Carmelitano Scalzo, allora Predicatore Pontificio molto lodato nella continuazione degli Annali del Baronio. Tornato il Nereſtano in Francia, poſe la Reſidenza nel Monaſtero di S. Lazzaro preſſo Parigi, nel quale vivevano li Canonici Regolari di S. Agoſtino, e con le medeſime cerimonie dell'ordine di Malta aſcriſſe all' ordine molti Cavalieri. Sono queſti liberi dal voto di Caſtità, ma tenuti ad aſtenerſi dalla Carne nel Martedì, recitare la corona ogni giorno, e udire la Meſſa nel Sabbato, come riferiſce il P. Mendo. Da ciò appariſce, che l'ordine di S. Lazzaro è diſtinto in due Claſſi; una contiene quelli di Savoja; e l'altra quelli del Carmine di Francia. La Veſte, uſata dal Gran Croce nelle Funzioni ſolenni e della Forma quì eſpreſſa di colore di Amaranto, tutta ricamata di fiori e arabeſchi d'oro.

Eques Leenæ Neapoli

LXVII.

Eques

L E E N Æ.

CUm Regnum Neapolitanum eſſet ſub Dominio Ducum Andegavenſium, varii Equitum ordines excitati fuerunt, quorum aliqui à Regibus, aliqui ab ipſis Regni Proceribus originem habuerunt, Inter cœteros celebris fuit ordo Equitum, qui Leenæ nomine appellabatur, ſignum eorum imago Leenæ erat, cujus pedes Laquei circumdabant, ita diſpoſiti, ſicuti eos num. 60. demonſtrat. Aliqui referunt illam fuiſſe ex argento compactam, ut ex ea imaginem Reginam Margaritam intelligerent, quam hoſtes ſuperare & in ſervitutem redigere ſtudebant. At Deo favente brevi temporis ſpatio talis militia evanuit, ne infans Carolus Andegavenſis, ad quem Regni Dominium jure pertinebat, opprimeretur. Hac de cauſa nomine ordinis Equeſtris appellari non meretur, ſed Societas militum, nulla authoritate approbata.

LXVII.

Cavaliere della

L E O N E S S A

REgnando la ſtirpe di Angiò nel Regno di Napoli, nelle vicende, e turbolenze di quei ſtati inſorſero varii ordini e compagnie militari; alcune inſtituite dalli Rè, altre dalla medeſima Nobiltà del Regno. Tra quelle, inventate dalla Nobiltà, celebre fu la compagnia nominata della Lioneſſa, poiche l' inſegna degli Aſcritti era l'imagine di tale animale intrigata co piedi in varii lacci, come dimoſtra il n. 60. Queſta pendeva dal petto delli Cavalieri, fatta di argento, come riſeriſcono alcuni, eretta contro la Regina Margarita, ſignificata nella Lioneſſa, la quale pretendevano ſuperare, e renderla ſchiava. Ma reſtò preſto diſſipata queſta Aſſemblea, non permettendo Iddio che foſſe conculcata l'Innocenza dell' Infante Carlo, à cui apparteneva l' Inveſtitura del Regno. Non hebbero abito particolare, ne confermazione alcuna di Sovrano; onde più toſto merita il nome di Compagnia, che di ordine Equeſtre, o di Religione Cavallereſca.

Eques Lilij in Hiſpania

LXVIII.

Eques

L I L I I.

UT Mauros e Regno Navarræ expelleret Sanctius, cognomine Magnus, ſuum Deceſſorem Garziam imitatus, Imaginem Sanctiſſimæ Virginis, ab Angelo Salutatæ, in vexillis expreſſit, cum Epigraphe *Deus primum Chriſtianum ſervet*. Hoc accidiſſe an. 1043. Regnante Pontifice Maximo Benedicto IX. aſſerit Juſtinianus, contra Michaelem, & Mennenium. Milites ab eodem Inſtituti duplicem auream catenam gerebant, a qua Lilium pendebat, cum corona illi impoſita, ut oſtendit num. 61. Qua de cauſa Equites Lilii denominabantur; Regulam S. Baſilii profitebantur, & Roſarium B. Virginis quotidie recitabant. His auxiliis Sanctius inſignes victorias ab hoſtibus retulit, diuque hunc ordinem feliciter rexit. Imago hic poſita militem exprimit ſupradicto ſigno exornatum.

LXVIII.

Cavaliere del

G I G L I O.

PRocurando Sancio, detto il Grande, ad imitazione del ſuo Predeceſſore Garzia, di ſcacciare li Mori dalla Navarra, inalberò nelli ſtendardi militari l'imagine della Santiſſima Vergine, ſalutata dall' Angelo, con aggiungervi il motto *Deus primum Chriſtianum ſervet*. Ciò accadde, come ſtimò il Giuſtiniani, contradicendo al Michieli e Mennenio nel 1043. Sotto il Pontificato di Benedetto IX. Li Cavalieri di queſt' ordine erano nobilitati con doppia catena d'oro, dalla quale pendeva un fiore di Giglio aperto e coronato, che perciò fu denominato l'ordine Equeſtre del Giglio, come ſi è delineato al n. 61. Vivevano aſcritti alla Regola di S. Baſilio, ed' erano tenuti à recitare ogni giorno il Roſario della Beatiſſima Vergine. Gettato queſto fondamento riportò il Rè Sancio inſigni vittorie, e fece grandi conquiſte nelli Regni di Spagna, e fù gran Maeſtro dell' ordine medeſimo. Quì ſi è eſpoſta l'imagine d'un Cavaliere nobilitato della ſopradetta collana e inſegna.

Eques Lilij Pontificius

LXIX.

Eques
L I L I I
Pontificius.

PAulus III. Pont. Max. anno 1546. Pontificatus Duodecimo diverſis oneribus ac neceſſitatibus oppreſſus, ut opportuno præſidio ſublevaretur, ſicuti in Marchia Anconitana collegium militum Lauretanorum, & in Provincia Romandlolæ collegium militum S. Georgii inſtituerat, qui littora earum Provinciarum defenderent, illis proventibus aliquibus & privilegiis conceſſis; ſic pariter ut Provinciam Patrimonii B. Petri in Tuſcia ab incurſionibus tueretur, eam ſimili collegio militum decorari voluit. Numerabàtur in eo quinquaginta milites, quos de Lilio dici voluit, eo quòd ea Provincia (ut S. Pontifex affirmabat) adeo amœna & jucunda exiſteret, ut meritò Lilium dici poſſet. Et quia tales milites pro neceſſitatibus Eccleſiæ promptè ſpontèque obtulerunt ſummam viginti quinque millium ſcutorum aureorum, Pontifex illos participantes vocavit, & pontificios commenſales, annuum redditum trium millium ſcutorum aureorum ex redditibus ejuſdem Provinciæ ipſis aſſignavit, ac privilegia multa conceſſit, quæ recenſentur in Conſtitutione *In B. Petri Sede*, poſita in Bullario veteri, impreſſo ab Hæredibus Antonii Bladii fol.455. Inſigne dictorum militum voluit eſſe numiſma aureum e pectore pendens; in cujus altera facie imago eſſet glorioſæ Virginis Mariæ ad Quercum, cujus Templum prope Civitatem Viterbienſem exiſtit; in altera verò Lilium cærulei coloris in campo aureo locatum, cum hac inſcriptione in girum diſpoſita *Pauli III. Pont Max. Munus*, ut apparet ſub n.62. Facultatem ſingulis tribuit ut enſem, aliaque arma poſſent ubique deferre, familiares ſuos eoſdem declaravit, & ad gradum nobilitatis evexit, inſuper voluit, ut cœteris militum ordinibus præcederent, in quibuſvis locis, & baldachinum deferrent, quando Pontifex ſub ipſo procedit, ſi Principum Oratores deficerent; Hunc ordinem militum ipſe Paulus anno 1556. alia conſtitutione confirmavit, eorumque numerum auxit uſque ad 350.

LXIX.

Cavaliere
DEL GIGLIO
Pontificio.

IL Sommo Pontefice Pavolo III.nell'anno 1546. duodecimo del ſuo Pontificato, per provedere a molti biſogni dello ſtato Eccleſiaſtico, e per difendere la Provincia del Patrimonio di S. Pietro dalle invaſioni delli Turchi; ſicome haveva per il medeſimo fine inſtituito un' ordine militare detto di S. Giorgio nella Romagna; così ereſſe un Collegio di cinquanta ſoggetti; e perche il ſaggio Pontefice nella ſua Bolla *in B. Petri Sede*, ſtampata nel Bollario antico dagli Eredi di Antonio Bladio, paragonò la detta Provincia ad un Giglio per la di lei amenità e bellezza, volle che detto Collegio foſſe denominato del Giglio. Havendo li ſudetti ſpontaneamente contribuito venticinque mila ſcudi d'oro al Pontefice, furono dichiarati participanti, e aſſegnata alli medeſimi una penſione annua di tre mila ſcudi d'oro, impoſta alle entrate della medeſima Provincia. Per inſegna commandò ſi portaſſe pendente dal petto una medaglia d'oro, in una parte di cui foſſe l'imagine della B. Vergine, detta della Quercia, a cui è dedicata una Chieſa fuori delle mura di Viterbo: e nella parte oppoſta foſſe un Giglio, di colore turchino in campo d'oro, e nel giro ſi leggeſſero queſte parole. *Pauli III. Pont.Max. Munus*, come moſtra il numer. 62 Tra li molti privilegii conceduti alli medeſimi fu, che portaſſero armi per tutto lo ſtato Eccleſiaſtico; che precedeſſero nelle funzioni a tutti gli altri ordini Equeſtri; che foſſero annoverati tra le famiglie nobili; e che quando il Papa uſa il Baldachino, portaſſero le aſte di eſſo in mancanza degli Ambaſciadori. Fu poi dal medeſimo Pontefice accreſciuto queſto Collegio nell'anno 1556. ſino al numero di 350.

S

Eques S. Ludouici

LXX.

Eques

S. LUDOVICI.

ANnno 1693. Ludovicus XIV. Galliarum Rex Ordinem Equitum ſub invocatione S. Ludovici inſtituit, ut Virtuti eorum remuneraretur, qui laboribus in bellicis actionibus cum aſſiduo vitæ diſcrimine plurium annorum ſpatio non peperciſſent. Eiſdem annuas penſiones pro merito aſſignavit. Inter omnes, quorum numerus ab arbitrio ipſius Regis dependet, octo Magnæ Crucis Equites, præter vigintiquatuor, quos Commendatarios vocant, numerantur, iique cruce ampliori diſtinguuntur, quam gerunt appenſam faſciæ ſericæ coloris ignei, quæ a dextro humero ad lævum latus dependet; Veſti inſuper aliam aſſutam gerunt in ſiniſtra parte pectoris. Cæteri verò crucem tantùm auream ſerico ligamine igneo affixam pectori geſtant. Formam illa habet crucis Melitenſis, aureo & argenteo filo circundatam, quatuor ejus anguli liliis exornantur, octo acumina globulis abſolvuntur. In centro orbiculus patet, in quo imago eſt S. Ludovici, armis induti, & clamyde regia exornati, idem dextra manu coronam lauream ſuſtinet, ſiniſtra autem ſpineam, & clavos, addita in circulo Epigraphe *Ludovicus Magnus inſtituit anno* 1693. In averſa autem facie alium orbiculum habet, in quo Enſis cum palmis in campo rubro addito lemmate, *bellicæ virtutis præmium*, quæ omnia ſub num.63. clarius oſtenduntur.

LXX.

Cavaliere

DI S. LUDOVICO.

IL Gran Rè di Francia Luigi XIV. inſtituì queſt'ordine l' anno 1693. per ricompenſare gli Ufficiali di guerra, i quali havevano bene eſercitate le loro cariche, e aſſegnò alcune penſioni, da diſtribuirſi ſecondo il reale arbitrio alli medeſimi. Non ſi ammettono nell' ordine, ſe prima non hanno ſervito per molti anni con molta lode in guerra. Egli ſi dichiarò Gran Maeſtro dell'ordine, e dichiarò otto Gran Croci, e ventiquattro Commendatori, ma li Cavalieri ad arbitrio. La croce delli Commendatori è piu grande dell' ordinaria, a da eſſi ſi porta attaccata ad una banda di ſeta di colore di ſuoco pendente dalla ſpalla deſtra al fianco ſiniſtro, ſicome nel petto nella parte ſiniſtra ne hanno una ſimile ricamata ſopra la veſte. Li Cavalieri ordinarii la portano avanti il petto attaccata con un naſtro di colore di fuoco. Ha la detta croce la figura della Malteſe, ma è contornata di argento, negli angoli è ornata da quattro gigli; e le otto punte ſono terminate da otto globetti; In mezzo di eſſa è un circolo, dentro cui ſi vede l'imagine di S. Ludovico, armato, e con la clamide reale, il quale con una mano ſoſtiene una corona di alloro, e con l' altra una di ſpine, e intorno ſi legge *Ludovicus Magnus inſtituit anno* 1693. nella parte oppoſta ſi vede una ſpada in mezzo alle palme, e nel circolo turchino ſta ſcritto *bellicæ virtutis præmium* con lettere di oro, come ſotto il num. 63. diſtintamente ſi dimoſtra.

Eques Lunæ Creſcentis

LXXI.

Eques

LUNÆ

creſcentis.

NObiliſſima Andegavenſium Ducum Familia ſignum ordinis Equeſtris habuit in bracchio Lunam argenteam creſcentem; cujus militię Principatum ſibi ac Succeſſoribus primus ſumpſitRenatus, Regni Neapolis Siciliæque Rex. Hic more inter Principes recepto ordinem Lunæ creſcentis inſtituit in Civitate Meſſanæ, pluribus ejus Urbis Nobilibus torquem aureum honorificè conferens liliis & ſtellis campo ſitum, in quo cum Luna creſcente illud erat axioma, *Donec totum impleat* ſicuti demonſtrat num. 64. Hunc ordinem Clemens IV. approbavit. Ejus finis erat contra hoſtes fidei pugnare, peregrinos excipere, & mortuos ſepellire; in eum neminem adoptari fas erat, niſi primùm in pugna fortitudinis ſuæ ſpecimen dediſſet, qui admittebantur futuros ſe ſocios periculorum ſpondebant, ſed ſub Pio II. hoc inſtitutum deletum fuit propter rationes a pluribus ſcriptoribus relatas.

LXXI.

Cavaliere

DELLA LUNA

creſcente.

FU antica inſegna di ordine Equeſtre una Luna creſcente eſpreſſa in argento, e portata nel braccio; di cui tenne il Principato Renato, Duca di Angiò, e poi Rè di Napoli e Sicilia nel 1268. Queſti perche volle riconoſcere il merito di molti Cavalieri illuſtri di quell'Iſola, li nobilitò nella Città di Meſſina con una collana d'oro, compoſta di gigli e ſtelle, da cui pendeva una Luna creſcente, con il motto *Donec totum impleat*, come appariſce ſotto il num. 64. Fu approvato queſt' ordine da Papa Clemente IV. e per ſcopo haveva il combattere per la S. Fede, alloggiare i Pellegrini, e ſeppellire i Morti. Afferma il Mennenio, che niuno poteva eſſere aſcritto a tale ordine, ſe prima non haveva dato qualche ſaggio del ſuo valore in guerra, e quelli i quali ſi arrolavano promettevano di ſottometterſi alli cimenti e pericoli in favore degli altri. Mancò poi queſt' ordine ſotto il Pontificato di Pio II. per alcune raggioni, riferite da varii Scrittori, nè a noi appartiene l'addurle in queſto luogo.

Eques S. marci Venetijs

LXXII.
Eques
S. M A R C I
Venetiis.

APud Venetos numerantur, Equites, quibus veſtis peculiaris non præſcribitur, ſed ſolùm numiſma aureum ante pectus gerunt, in quo Leo alatus & corona redimitus apparet, cujus pes dexter gladium ſtringit, addito lemmate in volumine aperto. *Pax tibi Marce Evangeliſta meus*, ut indicat num. 65. Hunc Equeſtrem ordinem initium habuiſſe ann. 1562. affirmavit P. Andreas Mendo §.28. ejuſque finem fuiſſe defenſionem Fidei Catholicę contra Turcas. Alii ejuſdem exordium fuiſſe aiunt an. 1332. In illum tantùm admittuntur, qui labores ſuos pro Reipublicæ bono in bello impenderunt, Senatorum Votis. Duces Reipublicæ ſunt Magiſtri Ordinis. Ejuſmodi Equites vocatos olim fuiſſe *della Calza* affirmat idem P. Mendo; ſed diverſum ordinem fuiſſe ſuo loco indicavimus.

Ultra hos Equites alii ſunt in Republica Veneta, quo Summus Reipublicæ Dux declarat, & ſimili numiſmate condecorat, qua de cauſa earum imaginem non exhibuimus. Ut à ceteris diſtinguantur Equites Ducis dicuntur. Alii Equites Divi Marci.

LXXII.
Cavaliere
DI S. M A R C O
in Venezia.

NElla Sereniſſima Republica di Venezia ſi numerano alcuni Cavalieri, denominati di S. Marco. A queſti non è preſcritto abito particolare, ma ſolamente portano avanti il petto una medaglia d' oro, in cui ſi vede il Leone alato, e coronato col libro aperto ove è ſcritto. *Pax tibi Marce Evangeliſta meus*, e con la ſpada, tenuta dal deſtro piede, come indica il num. 65. Di tale inſegna ſono nobilitati quelli, i quali col ſervizio nella guerra hanno meritato queſto grado d' onore, a cui ſono aſcritti dopo l' eſame, e conſenſo del Sereniſſimo Senato.

Un'altro ordine ancora fioriſce nel Dominio Veneto di Cavalieri, quali ſi chiamano del Doge, perche ſono da eſſo nobilitati con queſto titolo, e portano l' inſegna medeſima delli Cavalieri detti di S. Marco, onde da eſſi non differiſcono nell' abito, che perciò ſe ne tralaſcia l' imagine.

Eques S. Mariæ Liliorum

LXXIII.
Eques S. MARIÆ LILII in Regno Navarræ.

LIliatum Equitum Ordinem honori B.Virginis à Ferdinando Aragoniæ dedicatum anno 1403. narrat Hieronymus Curita in Rebus Aragoniæ, cujus teſſeram ipſe Rex cum aliquot aliis virtute illuſtribus viris in Templo S. Mariæ Antiquæ in oppido Methynnæ Campenſis ritu ſolemni ſuſcepit. Erat illa Torques, ex duplici vaſe compoſitus, ex quo imago B.Virginis pendebat: ex vaſe prodibat Lilium, inſuper eidem Gryphus connectebatur. Lilium autem pulchritudinis, candoris & puritatis, ideoque Deo gratum eſt ſymbolum, & flos Virginis ſolet appellari. Griphus verò ex Aquila & Leone compoſitum animal, ut fabulantur Poetæ, ſimulacrum eſt Generoſi & magni animi. Hunc Equitum Ordinem vulgò vocatum fuiſſe ordinem Liliorum Hieronymus Romanus retulit. Ejus autem Inſtitutio tribuitur Garciæ, Navarræ Regi (Mendo tamen Authorem ejus facit Sanctium IV.) Cum enim Garcias poſt reperram ſacram B.Virginis imaginem, quæ colitur in Urbe Negerenſi, monaſterium Religioſorum S. Benedicti erexerit, Ordinem Equeſtrem Lilii, certo conſcripto Equitum numero, erexit, teſte Petro Beloyo. Et ſupradicto aſſumpto Emblemate veſtes Equitum liliis, acu elaboratis inſigniri mandavit. Torquē expoſuimus ſub nu.66. Vocatur etiam voce hiſpanica di S. Maria della Jara, qua voce vas ſignificatur. Vivebat ſub Regula S.Baſilii, ejus finis erat defenſio Fidei Chriſtianę, & quiſque tenebatur quotidie recitare certum numerū Dominicæ orationis, & Salutat. Angelicę.

LXXIII.
Cavaliere di S. MARIA DEL GIGLIO.

ATtribuiſcono molti l' origine à Garzia, Rè di Navarra, dopo che fu trovata l' antica imagine della Beatiſſima Vergine, che ſi venera, nel Monaſtero delli Padri Bereditini nella Terra detta Medina del Campo; benche il Mendo ne faccia Autore il Rè Sancio IV. militava queſto ſotto la Regola di S. Baſilio, e per inſegna haveva, come riferiſce Pietro Belloio un vaſo pieno di gigli, con la imagine della Beatiſſima Vergine, e che li Cavalieri per ordine del Rè veſtivano un manto, ricamato di gigli. Il Mendo dice, che portavano ſopra toga bianca l' imagine della B. Vergine, collocata in mezzo di due gigli. In queſt' ordine furono aſcritti li più nobili perſonaggi di Spagna, e hebbero per inſtituto il difendere la fede cattolica, e obbligo di recitare ogni giorno un determinato numero di Orazione Dominicale, e Salutazione Angelica. Girolamo Curita racconta che foſſe riſtorato queſt' ordine nel 1403. da Ferdinando Rè d' Aragona nella Chieſa di S.Maria, e che ivi egli ſteſſo preſe la collana, la quale era formata da due vaſi dalli quali uſcivano due gigli, e a queſti aggiuſe l' imagine d'un grifo, e da tale inſegna pendeva la medaglia con l' imagine della B, Vergine, come ſtà ſotto il numero 66. Con il giglio volle ſignificare la Purità, e con il Grifo, animale ſecondo le favole, compoſto di Leone, e Aquila, la generoſità dell' animo, che deve havere il Cavaliere.

T

I. [illegible]

[illegible] S. MARIÆ [illegible]

in Regno Navarræ.

T[illegible] Hiſtorum Equeſtris Ordinis [illegible]
[illegible] Regiſter [illegible]
gentis [illegible]
Hiero[illegible] Conſta[illegible]
[illegible] Rom[illegible]
[illegible]
Templi S. Mariæ [illegible] Antiq[illegible]
Miſhy[illegible] Campo[illegible]
ſuſcepit. [illegible]
vaſſi [illegible]
ſtris [illegible]
lum, [illegible] pius [illegible]
[illegible] puriſſi[illegible]
nis, [illegible] & [illegible]
gravius [illegible], & ſeu Virginis
la, et appellati [illegible] Aqui-
ia & Lato [illegible] animi, ut [illegible]
[illegible] eſt [illegible]
[illegible]
Ordinem [illegible]
[illegible] Hieronymus Romanus
[illegible] Ejus [illegible] inſtitui [illegible]
Garcia, Navarræ Reg[illegible]
Anno [illegible]
Cum enim [illegible]
cram [illegible]
[illegible]
Religioſorum S. [illegible]
Ordinem Equeſtrem [illegible]
ſcripto [illegible]
Petro [illegible]
Similem [illegible]
[illegible]
expoſitam [illegible]
voce [illegible]
qua [illegible]
Regni [illegible]
[illegible]
quot [illegible]
mitus [illegible]

Eques S. Marię Rosarij

LXXIV.
Eques S. MARIÆ ROSARII.

DUm S.Patriarcha Dominicus Albigenſium Hæreticorum errores evincere concionibus, & precibus conaretur, eorundem pervicaciam armis etiam infringere ſtuduit. Cum autem eidem B. Virgo ſignificaverit ſibi fore gratiſſimum, ſi Salutationes Angelicas ſimul cum Oratione Dominicali, quarum numerum præſcripſit, qui nomine Roſarii ſignificatur, fidelibus commendaret, paruit Dominicus, atque ut celebriori cultu reciperetur, anno 1209. Religioſam militiam inſtituit ſub invocatione S. Mariæ Virginis Roſarii. Crucem gerebant ejuſmodi milites, ſimilem illi, quam Conſtantinus Ordini Angelico præſcripſerat, colore tamen partim nigro, partim albo expreſſam, & in centro B.Virginis imago apparebat cum infante Jeſu, qui ſimul cum Matre coronas manu porrigebat; Illam expreſſimus ſub num. 67. Confirmavit hanc militiam Innocentius III., varia privilegia illi tribuens; Tenebantur Equites ad arma inferenda contra Hæreticos Albigenſes, & ad Roſarium dicendum. Cum autem bella ceſſaſſent, hęc pia militia Societas evaſit conſcriptorum ex omni Terrarum plaga, qui Roſarium in honorem B. Virginis piè recitant, ut Patrocinium ejus impetrent in quacunque neceſſitate. Advertendum eſt cum P. Andrea Mendo de ord.mil. q.4. Hanc militiam dictam de Roſario erectam fuiſſe Toleti a Roderico Archipręſuli Toletano ſub Regula S. Dominici, ut Mauris, eam urbem ſæpe invadentibus obſiſterent. Quod tamen conciliari poteſt cum narratione expoſita.

LXXIV.
Cavaliere di
S. MARIA DEL ROSARIO.

MEntre S.Domenico procurava di eſtirpare l'Ereſia degl'Albigenſi, interponendo orazioni oltre le armi; ſi degnò la B. Vergine ſignificargli, che le ſarebbe ſtata coſa grata il recitare il Roſario; onde predicò alli Popoli queſto devoto eſercizio, e nell'anno 1209. inſtituì con il titolo del Roſario queſt' ordine di Religioſa milizia, alla quale il Santo diede per diviſa una croce, ſimile a quella dell' ordine Conſtantiniano, ma in luogo del nome di Chriſto nel centro haveva l' imagine della Santiſſima Vergine, e del S. Bambino in atto di diſtribuire ambedue il Roſario, e la croce era mezza bianca e mezza nera, come ſtà ſotto il num.67. Confermò Innocenzo III. queſt'ordine, e gli concedè varii Privilegi. Li Cavalieri di eſſo havevano obbligo di prendere le armi contro gli Eretici Albigenſi, e recitare il Roſario: Ceſſate poi le guerre contro detti Eretici ſi mutò queſt' ordine in Confraternità per tutto il Mondo, ove fu ricevuta la pia uſanza di recitare il Roſario, per implorare la valida aſſiſtenza della Madre di Dio, in ogni biſogno. Si deve avvertire per ultimo, che il P. Andrea Mendo nella queſt. 4. racconta foſſe inſtituita una tale milizia del Roſario, ſotto la Regola di S.Domenico dall' Arciveſcovo di Toledo Roderico, acciò foſſe la Città difeſa contro i Mori, ma ciò facilmente ſi può conciliare con la narrativa fatta di queſt'ordine.

Eques S. Mariæ Gaudentium

LXXV.
Eques
S. MARIÆ GLORIOSÆ.

INter cæteros Equeſtres ordines excogitatus fuit ordo,dictus S.Marię glorioſæ ad pacificandas Italiæ Civitates, anno fere 1233. Authore Bartholomæo Vicentino, Ordinis Prædicatorum,poſtea ejus UrbisEpiſcopo,atque tale Inſtitutum Urbanus IV. circa an. 1263.approbavit.Leges condidit Ruffinus Gurgo,Pontificis Pœnitentiarius In illis præſcribebatur ut tunicam albam, & ſubcinericiam togam induti crucem purpuream duabus ſuperimpoſitis ſtellis præferrent; qualem indicat num.68.Aliqui tamen referunt variam fuiſſe, nam multi gerebant crucē, magis longam quàm latam,& auro circumdatam,quatuor ſtellis adjunctis in ſingulis angulis, & in centro erat imago Beatiſſimæ Virginis, ut ſub numer. 68. Alii verò æqualem cum quatuor ſtellis. Tenebantur ad Viduarum defenſionem, tutelam pupillorum ſuſcipiendam, & concordiam conciliandam inter diſſidentes. Cum autem quiſque in ædibus ſuis cū uxoribus vitam agerent,vocati ſunt Fratres Gaudentes,ut Joannes Villarius & Salimbenus in ſuis Chronicis tradiderunt, ob hanc rationem, quia pluribus commodis gaudebant.Hujus ordinis primus Magiſter Loderengus Andalò fuit conſtitutus,vir multis nominibus laudandus. Deficientibus poſtea paulatim ejuſmodi Equitibus, Sixtus V. Collegio Montis-Alti addixit bona,quę illi poſſidebant. Scripſit Mennenius illos floruiſſe Bononiæ ſub nomine B. Mariæ Matris Domini.Vide Sigonium lib.17. de Regno Italiæ.

LXXV.
Cavaliere di
S. MARIA GLORIOSA.

A Fine di conciliare la pace in molte Città d'Italia fu inſtituito un ordine di Cavalieri circa l'anno 1233. per opera del P.Bartolomeo da Vicenza dell' ordine delli PP. Predicatori, e doppo Veſcovo della Città medeſima, e detto ordine fu approvato da Urbano IV.nell'anno 1262.Furono ſtabilite Regole da Ruffino Gurgo Penitentiero Pontificio,nelle quali ſi preſcriveva una tonaca bianca, ſopra cui un mantello di colore di cenere con croce roſſa, ornata di due ſtelle, come al nu.68. Altri però riferiſcono eſſere ſtata varia, e dicono che alcuni la portavano più lunga che larga,orlata d'oro,e con quattro ſtelle oppoſte negli angoli di eſſa, e che nel centro haveva l'imagine della Beatiſſima Vergine, come al numero 68. Vi è chi afferma haverla veduta uguale, ornata di quattro ſtelle. Erano obbligati i Cavalieri a difendere le Vedove, e Pupilli; a conciliare la pace fra gl' inimici. E perche ciaſcuno viveva nella caſa propria in compagnia della moglie, furono chiamati Frati e Cavalieri Gaudenti, come afferma il Villario e Salimbeni, e ciò perche godevano molte commodità. Il primo Maeſtro fu Loderengo Andalò, huomo di molta virtù; ma a poco a poco mancando tal ſorte di Cavalieri, Siſto V. eſtinſe l'ordine di eſſi, che ſi dice fioriva in Bologna, e applicò i beni poſſeduti al Collegio, da lui eretto di Montalto.

Eques S. Mariæ de Mercede

LXXVI.

Eques
S. MARIÆ DE MERCEDE
& Redemptionis Captivorum.

JAcobus primus, Aragoniæ Rex poſtquam Regna Valentinum,& Murcienſe a manibus Saracenorum eripuit, prima hujus ordinis fundamenta poſuit anno 1218. ſub Honorio Papa III. Illum Gregorius IX. Pont Max. approbavit anno 1230.vel 1232. ut probat Bernardus de Vargas in Chronica ordinis, ſub nomine B. Mariæ de Mercede & Redemptionis Captivorum. Id egit Iacobus juſſu B.Virginis, quæ ei noctu apparuit, atque uſu edoctus, quàm miſera ſit Captivorum conditio, quibus Barbari jugum imponunt. Uſus ille fuit conſilio S. Raymundi de Penaſort Dominicani, qui a ſacris Confeſſoribus illi erat, itemque S. Petri Nolaſci, Viri nobilis Galli, qui naſcentis ordinis Dux fuit,eumdeque optimis legibus rexit. Idē Barcinone in Cathedrali Templo S. Crucis coram Rege veſtem candidam, religionis nota inſignem de manu Berengarii Pallavicini Epiſcopi ſuſcepit.Eſt autem religioſi hujus ordinis nota crux argentea in clypeo rubro cum inſignibus gentilitiis Principum Catalauniæ, quæ in aureo campo quatuor teniis & palis puniceis virgato præfulgent, ut ſub numer. 69. eſpreſſimus. Ipſis Sodalibus munus eſt impoſitum eleemoſinas colligendi, ut Chriſtianos homines à Saracenis & Mauris captos redimant,& priſtinæ libertati reſtituāt. Sunt autem duplicis generis;alii enim ſunt Equites, alii Monachi. Illis præeſt Magiſter Generalis, Barcinone reſidens, & quidem Sacerdos ex Decreto Clementis V. & & Ioannis II. Gregorius IX. Regulam S. Auguſtini illis preſcripſit: Arnoldus tamen Vio tradit milites ſecundum Regulam S. Benedicti vivere. Equitum claſſem jam deſeciſſe refert Mendo, ſed remanſit, & floret illuſtris Religio B. Virginis de Mercede, ubique clara. De qua in catalogo noſtro parte prima dictum eſt. Veſtis Equitum erat lanea alba, quam demonſtrat imago expoſita.

LXXVI.

Cavaliere
DI S. MARIA della MERCEDE,
e della Redenzione delli Schiavi.

DOpo che Giovanni Rè di Aragona tolſe alli Saraceni li Regni di Valenza e Murcia, inſtituì queſt' ordine circa l' anno 1218. e fu approvato da Gregorio IX. nell'anno 1230. o 32.come dimoſtra il Vargas nella Chronica di queſt'ordine, con il titolo della Madonna della Mercede, e Redenzione delli Schiavi. Si moſſe il Rè a queſto, perche glielo impoſe la B. Vergine apparſagli in viſione, e per compaſſione delli Schiavi, fatti da Barbari, ubedendo, al conſiglio di S. Raimondo di Pennafort Dominicano ſuo Confeſſore, e di S. Pietro Nolaſco nobile Franceſe, il quale ſi offerì per Guida di queſta milizia, governata da lui con ottime leggi. Lo ſteſo preſe nella Catedrale di Barcellona alla preſenza del Rè dalle mani del Veſcovo Berengario Pallavicino la veſte a l' inſegna dell'ordine, cioè una tonaca bianca, fregiata in petto con ſcudo roſſo, in cui campeggiava una croce di argento, e l'arme delli Prencipi di Catalogna, che conſiſte in quattro faſcie o pali roſſi in campo d' oro come ſta ſotto il num. 69. L' offizio di queſti Cavalieri è di raccorre elemoſine per riſcattare li Chriſtiani ſchiavi delli Barbari. Di queſt' ordine parte ſono Cavalieri ſecolari parte Religioſi, e a quelli preſiede un Maeſtro Generale Sacerdote in Barcellona, per Decreto di Clemente V. e di Giovanni XXII. Aſſegnò alli medeſimi la Regola di S.Agoſtino Gregorio IX. benche Arnoldo Vio afferma che li Cavalieri militavano ſotto la Regola di S. Benedetto. Il Mendo afferma eſſere ceſſata la Claſſe delli Cavalieri Secolari, ma rimane la Religioſa, che fioriſce con molta virtù, e profitto della Chriſtiana Republica, della quale ſi è detto nella prima parte del Catalogo delle Religioni; La veſte delli Cavalieri viene eſpreſſa nella figura quì eſpoſta.

Eques S.S. Martyrum in Palestina

LXXVII.

Eques

SS. MARTYRUM

in Paleſtina.

FLoruerunt feliciter olim in Paleſtina poſt Equites S.Georgii Conſtantinianos diverſi Equeſtrium militum Ordines, quorum laboribus Fidei Catholicæ hoſtes acerrimi ab iis Regionibus arcebantur. Et quia ob aeris inſalubritatem & bellicos labores continuis morbis Chriſtifideles affiictabantur, Equites miſeratione moti, eorum curam ſuſceperunt, ut priſtinam ſalutem recuperarent. Xenodochium ad hunc finem aliqui eorum aperuerunt, in quo ægrotis miniſtrabant. Viduis inſuper & Pupillis opitulari ſtudebaut, & captivos ab Infidelibus redimere. In his chriſtianæ charitatis operibus qui exercebantur, Equites dicti fuerunt Sanctorum Coſmæ & Damiani, quoniam eorum opem ſemper implorabant; Denique ſub Regula S. Baſilii Joannes XX. circa ann. 1020. Equites Religioſos eos declaravit. Eorum nota erat crux rubra plana in cujus centro Imagines erant Sanctorum Martyrum Coſmæ & Damiani. Eam oſtendet num.70. Floruit diu hæc Pia militia, ſed expugnata iterum à Turcis Urbe hieroſolymitana penitus evanuit.

LXXVII.

Cavaliere detto

DELLI SANTI MARTIRI

in Paleſtina.

FIorirono con felici progreſſi nella Paleſtina ad imitazione dell' ordine di S.Giorgio, inſtituito dal Grande Conſtantino, molti ordini di Religioſi Cavalieri, li quali ſi sforzarono di difendere la S. Fede contro la Barbara Setta delli Maomettani, ſempre invidioſi a quella Santa Provincia. E perche ſotto quel Cielo cadevano molti infermi, o per l' inſalubrità del Clima, o per le fatiche della Guerra, molti nobili ſi applicavano alla cura di eſſi eſercitando la loro carità nel curarli. Fu eretto a queſto fine uno Spedale, e alla cura degl' Infermi, accoppiarono la carità nel redimere li Schiavi, nel ſoccorere poveri, Vedove, e Pupilli; e perche ſpeſſo in queſte pie opere invocavano la protezzione delli SS.Coſma e Damiano, erano comunemente chiamati li Cavalieri delli Santi Martiri; ottennero poi l' approvazione da Giovanni XX. Pontefice ſotto la Regola di S. Baſilio circa l' anno 1024. o 1032. nel qual tempo viſſe quel Pontefice, eleſſero per inſegna una croce liſcia roſſa, con le imagini de SS. Coſma, e Damiano nel mezzo di eſſa, come ſi vede ſotto il num.70. Fece molti progreſſi queſta milizia, ma invaſata Terra Santa dall' Inimico della ſanta Fede, reſtò diſſipata e affatto eſtinta.



Eques S.S. Mauritij et Lazzari

LXXVIII.

Eques

SS. MAURITII & LAZZARI

in Sabaudia.

FUit S. Mauritius Thebeæ Legionis Dux apud Agaunum in confiniis Helvetiorum, atque Allobrogum (hodie S. Mauritii nomen retinet, ſpectatque ad Helvetiorum Ditionem) pro Chriſto cum militibus à Maximiano Imperatore cæſus. Illum ut tutelarem ac Præſidem Allobroges venerantur & ſunt, qui Sabaudiæ Ducum ſtemma ab eo deducere conantur. Conſtat S. Mauritii gladium & Annulum à Ducibus Sabaudiæ Magno cum honore aſſervari, atque ut pignus Imperii, cum inaugurantur, iiſdem ſolemni ritu tradi. Eremiticùm autem ordinem S. Mauritii ſub Regula S. Auguſtini ab Amadeo Primo Sabaudiæ Duce inſtitutum fuiſſe ſcripſit P. Matthæus & Beloyus, noſtræ Ætatis ſcriptores. Vetuſtiores rerum Sabaudiæ Annales tradunt Amadeum, qui poſtea Pontifex Maximus electus Felicis V. nomen accepit, relictis omnibus Ripallium ad Lacum Lemanum ſe contuliſſe, atque ibidem cum Viris nobilibus decem Eremiticæ vitæ genus amplexum fuiſſe in Monaſterio, D. Mauritii memoriæ a majoribus dicato, cinerea veſte oblonga aſſumpta, cingulo aureo, atque cinerei coloris clamyde, cui crux aurea erat affixa. Hæc omnia ex Mennenio & aliis, ſed deficientibus Equitibus ſolitariam vitam ducentibus, Equites armigeri inſtituti ſunt, quorum ordo deinceps floruit. Hi in ſolemnibus functionibus veſte ſerica utuntur inſtar Cucullæ monachorum coloris purpurei ut imago expoſita demonſtrat, cujus pars interior alba eſt; Hanc ſub collo conjungunt duo funiculi ex ſerico albo & viridi, additis floccis. Pectus crux exornat alba, cui adnectitur alia S. Lazzari viridis ejus formæ, quam demonſtrat num. 71. Ex Decreto Caroli Emanuelis Sabaudiæ Ducis, quo ſtatutum fuit, ut militia S. Mauritii & Lazzari vocaretur.

LXXVIII.

Cavaliere

DE Ss. MAURIZIO e LAZZARO

in Savoja.

FU già il glorioſo S. Maurizio condottiere della Legione Tebea nelli confini dell' Elvezia, ove reſtò un luogo col nome del Santo reſo martire con tutti i ſuoi compagni da Maſſimiano Imperatore, e fu eletto per protettore della Nazione Savoiarda, la di cui diviſa affermano molti eſſere ſtata preſa dalle inſegne della ſteſſa glorioſa Legione, e qualunque volta s' incorona il nuovo Duca, gli ſi offeriſce con rito ſolenne l' anello e la ſpada del medeſimo Santo, conſervata con grande venerazione. Per la divozione dunque, profeſſata verſo queſto Santo Protettore, ſcriſſero li PP. Matteo e Belloio, che Amadeo primo Duca di Savoja inſtituì un' ordine di Cavelieri ſotto la Regola di S. Agoſtino; Altri affermano che lo ſteſſo Amadeo, il quale fu aſſunto al Pontificato con il nome di Felice V., rinunziato il governo, elegeſſe Vita ſolitaria con alcuni nobili nel monaſtero detto di S. Maurizio, veſtiti di tonaca di colore cinereo, cinti con cintura d'oro, ſopra cui era una clamide del medeſimo colore fregiata con croce d' oro. Mancati poi queſti ſolitarii, ſuccedè con il medeſimo titolo un' ordine di Cavalieri di Armi, il quale molto ſi accrebbe. Uſano queſti nelle funzioni ſolenni una cocolla di colore roſſo foderata di bianco, queſta ſi ſtringe al collo con due cordoni lunghi fino a terra di ſeta verde e bianca terminati da fiocchi. Sopra il petto è affiſſa la croce bianca, a cui è anneſſa l'altra verde propria dell' ordine di S. Lazzaro della forma indicata dal num. 17. preſcritta dal Duca Carlo Emanuele, il quale ordinò che foſſe chiamato queſt' ordine milizia delli Santi Maurizio e Lazzaro.

Eques Mensæ Rotundæ

LXXIX.

Eques

MENSÆ ROTUNDÆ.

REferunt Authores Arturum Brittaniæ Regem inſignibus Equeſtris ordinis nobilitaſſe quatuor ſupra viginti Athletas, & cum omnes ſimul acumberent menſæ, ne quis forte ſe primo in loco conſtitutum fuiſſe prædicaret, aut ad infimum locum deturbatum cogitaret, menſam rotundam ad coronæ formam effingendam juſſit; ideoque Rotundam Arturi tabulam Brittanni & Scoti concelebrant, eamdemque in Wintonienſi Caſtro ad æternam rei memoriam conſervant; militum Equeſtrium nominibus notatam. At recentioris eſſe ętatis inventum aſſeruit Gulielmus Comdenus. Superioribus enim ſæculis, cum virtutis bellicæ exercendæ gratia, militares decurſiones, quas vocant Torneamenta, frequenter haberentur, hujuſmodi menſis uſi erant, ne quid diſcrimen inter Magnates ex ambitione exiſteret. Sed veteri ſanè inſtituto hæc acta fuerunt. Gallos enim antiquos circularibus menſis circumſediſſe, armigeroſque eorum ſcuta ferentes a tergo adſtitiſſe memorat Athenæus lib.4. Dignoſoph. Quo nam inſigne Equitibus tribuerit Arturus, nullus refert, qua de cauſa Equitum menſæ Rotundæ nomen apud Poſteros remanſit, qua de cauſa inter ordines Equeſtres numerandos non eſſe nonnulli ratione arbitrantur.

LXXIX.

Cavaliere della

TAVOLA ROTONDA.

RIferiſcono li Scrittori, che Arturo, Rè d' Inghilterra promoſſe ad un' eminente grado di nobiltà ventiquattro valoroſi Soldati, per le prodezze da loro operate in guerra; e acciòche niuno di eſſi ſi ſtimaſſe, o anteposto, o poſpoſto ad altri di grado inferiore, dovendo ſedere tutti alla menſa reale, ordinò una tavola rotonda capace di tal numero, onde ſedendovi formaſſero la figura d'una corona ſenza principio nè fine. Fu queſta invenzione lodata dagl' Ingleſi, e Scozzeſi, che perciò conſervano quella Tavola nel Caſtello di Winton a perpetua memoria de poſteri, e in eſſa ſcriſſero li nomi di quelli, quali vi pranzavano. Guglielmo Camdeno però aſſeriſce eſſere ſtata queſta invenzione più moderna; perche nelli tempi antichi, uſandoſi li Tornei, e decurſioni militari ſi ſoleva ſedere a tal ſorte di menſe per torre ogni materia d'invidia e contraſto; E ſi sà che appreſſo gli Antichi Franceſi uſavaſi tal ſorte di menſa, ove cenavano i Cavalieri, aſſiſtiti da i loro ſcudieri, come riferiſce Ateneo lib. 4. Non ſi sà ſe riceveſſero tali Cavalieri dal Rè Arturo inſegna particolare; onde è ſolamente rimaſta la denominazione della Tavola ritonda, e molti ſtimano con raggione non doverſi riputare un'ordine Equeſtre come gl' altri.

Eques S. Michaelis in Lusitania

LXXX.

Eques
S. MICHAELIS
in Luſitania.

CUm Albarac, Maurorũ Dux, Luſitanicum Regnum expugnare conaretur; Alphonſus Rex auxilium S. Michaelis Archangeli implorans, arma contra iniquum hoſtem ſuſcepit; nec ſpe fruſtratus, Barbarorum Acies diſſipans eas in fugam conjecit; Illis enim S. Archangelus ſe pro Alphonſo dimicantem oſtendens, horrorem intulit & metum. Ut hac prodigium Poſterorum memoriæ traderet Alphonſus anno 1171. Equitum ordinem inſtituit ſub titulo Alæ S. Michaelis Archangeli, & pro ſigno præſcripſit crucem rubram inſtar enſis efformatam inter duo lilia rubra, addita Epigraphe *Quis ut Deus*? ſicuti demonſtrat num. 72. Aliqui tamen referunt illa duo lilia ex auro efformata fuiſſe. P. Andreas Mendo refert ex Annalibus ordinis Ciſtercienſis, à P. Angelo Manriquez conſcriptis, tom. 2. Eorum inſigne fuiſſe Alam rubram, aureis radiis circumdatam, ut apparet ſub num. eodẽ additq; ejuſmodi Equitibus præſcriptas fuiſſe Regulas ordinis Ciſtercienſis.

LXXX.

Cavaliere
DI S. MICHELE
In Portogallo.

SForzandoſi Albarac Moro d'invadere il Regno di Portogallo, il Rè Alfonſo, havendo eſperimentato propizio il Santo Arcangelo Michele, con l'invocazione di eſſo impugnò le armi per opporſi alla violenza inimica; oude in poco tẽpo furono debellati quelli Affricani, e abbandonorono l'impreſa; mentre fù veduto il S. Arcangelo combattere al lato del Rè in favore delli Fedeli. Riportato ſi glorioſo trionfo volle Alfonſo eternarne la memoria, con inſtituire un'ordine Equeſtre l'anno 1171. con il titolo dell'Ala di S. Michele Arcangelo. Fregiando la bianca veſte delli Cavalieri di croce roſſa in forma di ſpada, ſimile a quella di S. Giacomo di Spagna, frapoſta a due gigli roſſi col motto *Quis ut Deus*? come ſi eſibiſce ſotto il n. 72. Alcuni riferiſcono che li due Gigli foſſero d'oro. Il P. Mendo con l'autorità del P. Angelo Menriquez, Scrittore degli Annali Ciſtercienſi tom. 2. dice che l'inſegna fu un'ala di colore vermiglio, circondata da raggi d'oro, come ſta ſotto il nu. iſteſſo e che detto ordine militava ſotto la Regola delli Padri Ciſtercienſi.

Eques S. Michaelis in Gallia

LXXXI.

Eques
S. MICHAELIS
apud Gallos.

PRæclarum Romanorum morem nobilitandi torque aureo ad Gallos traduxit Ludovicus XI. cum anno 1469. ordinem D. Michaelis Amboſiæ inſtituit, & ſymboli loco Equites inſignivit torq; aureo ex cochleis inter ſe hærentibus, & imagine D. Michaelis, Demonem e cœlo expellentis, appenſa, additaque Epigraphe. *Immenſi tremor Oceani*, exemplo Patris Caroli VII. cui pro inſigni bellico hujus Archangeli effigies fuit. Id originem habuit ab illuſtri miraculo, cum in prælio ad pontem Aurelianenſem Anglos oppugnantes propulſavit D. Michael in cœlo apparens. Mos eſt Regibus hoc munus etiam exteris Principibus conferre, in benevolentiæ indicium, qui ſi eorum hoſtes velint eſſe, torquem remittunt, ut omni Sacramento ſoluti alteri Principi operam ſuam navent. Hujus ordinis regulas recenſuit Franciſcus Sanſovinus. Torquem deſignat nu. 73. Veſtem, qua utunrur in actionibus ſolemnibus, imago expoſita demonſtrat, ſcilicet Tunicam ſericam coccineam, uſque ad genua productam, ſupra quam addunt clamydem a collo uſque ad terram extenſam è ſerico albo, vulgo *Damaſco.* Inferiorem ejus partem pelles muris armeni exornant, fimbrias aurea conchylia, aureis filis colligata. Supra togam pendet caputium ex ſerico villoſo purpureo; ab humeris torques pendet ſupra pectus. Caligæ ſunt albæ.

LXXXI.

Cavaliere
DI S. MICHELE
in Francia.

NEll'anno 1469. Ludovico XI. rinovò nella Francia l'antico coſtume delli Romani con nobilitare alcuni di Collana d'oro; onde inſtituì in Amboiſe un'ordine detto di S. Michele, la di cui imagine in atto di ſcacciare il Demonio pendeva da una collana d'oro, formata di Conchiglie, aſſieme concatenate, aggiuntevi le parole *Immenſi tremor Oceani*, imitando con ciò Carlo VII. ſuo Padre, da cui fu uſata queſta inſegna nelle guerre. Fu di ciò la cagione l'inſigne vittoria, riportata ſul ponte d'Orleans contro gl' Ingleſi, fattoſi vedere il Santo Angelo in Aria a favore delli Franceſi: E conſueto di participarſi queſta collana anche alli Prencipi Foraſtieri in ſegno di ſtima e benevolenza, e ſi rimanda, quando non ſi ſtima di perſeverare nell' amicizia con il Rè. Le Regole di queſt' ordine ſono regiſtrate dal Sanſovino. La collana è diſegnata al n.73. La veſte nelle ſolenni funzioni è di ſeta roſſa ſino al ginocchio; ſopra queſta è un manto di Damaſco bianco, pendente ſino a terra foderato di pelli di Armellino; l'eſtremità di eſſo ſono ricamate di conchiglie, e cordoni di oro: dietro alle ſpalle pende un capuccio di velluto roſſo, e dalle medeſime la collana verſo il petto. Le ſcarpe ſono bianche, e tutto è eſpreſſo nella imagine eſpoſta.

Eques montis Gaudij

LXXXII.

Eques

MONTIS GAUDII.

NArrat Hieronymus Romanus hunc ordinem exordium ſumpſiſſe inRegno hieroſolymitano eodem tempore, quo Principes Chriſtiani in Syria rerum potiti ſunt, aſſumpta appellatione a loco, ubi militia illa inchoata fuit. Eam approbavit Alexander III. anno 1180. diplomate, relato a Franciſco Radeſio, quo illi donavit oppida, & prædia ab eadem occupata. Studio rei bellicæ & pietatis cæteros in Syria Equites adeo laudabiliter æmulata fuit, ut a multis Chriſtianis Principibus ejusAlumni aucti fuerint, etiam in Caſtellæ Regno, ubi Equites de Monfrac appellati fuerunt a præcipua Conventus Sede; In Catalunia & Valentia nominati fuerunt de Mongoia, quod idem ſonat ac Mons Gaudii. Anno demum 1221. Rex Ferdinandus, cognomento Sanctus, conceſſit Caſtrum deMonfrac Conſalvo Yannezio, Magno Magiſtro Calatravæ, & eandem militiam cum Calatravenſi uniri mandavit, eo quòd multum de priſtino ſplendore amiſiſſet. Crucem geſtabant hi milites ejus formæ quam indicat num. 74. rubram ſupra veſtem albam. Sub regula S. Baſilii vivebant, VotaReligioſorum profitebantur, quibus addebant votum defendendi fidem catholicam.

LXXXII.

Cavaliere

DI MONTE GAUDIO.

NEl tempo,in cui li Prencipi Chriſtiani,dominavano la Paleſtina, dice Girolamo Romano che cominciò queſt' ordine, prendendo il nome dal luogo,ove fu fondato. Nell'anno 1180. Aleſſandro III. l'approvò con Bolla riferita da Franceſco Radeſio, in cui donò a tale ordine i luoghi preſi agl'infedeli. E perche tali Cavalieri operorono con molto zelo e valore in prò della Fede Cattolica, fu dilatato l'ordine anche in Spagna, ove furono chiamati li Cavalieri di Monfrac dal luogo, in cui poſero la Reſidenza,e in Catalogna ſi chiamorono di Mongoia, che vuol dire Monte Gaudio. Finalmente l'anno 1221. il Rè Ferdinando, detto il Santo, transferì il Dominio di Monfrac al Gran Maeſtro di Calatrava, Gonſalvo Yannezio; e unì queſta milizia all' ordine di lui, per eſſere mancato molto l' antico ſplendore di eſſa. Portavano tali Cavalieri la croce, indicata dal num. 74. di colore roſſo ſopra veſte bianca. Militavano ſotto la Regola di S. Baſilio; e oltre i voti Religioſi, promettevano di difendere la Fede Cattolica.

[illegible]

Eques Monteſiæ in Hiſpania

LXXXIII.

Eques MONTESIÆ in Regno Valentiæ.

EXtincto ordine Militari Templariorum in Concilio Viennenſi a Clemente V. anno 1311. bona, quæ in Regno Valentiæ illi poſſidebant, ordini S. Joannis Melitenſi a Pontefice applicabantur; ſed renuit Rex Aragonię & Valentiæ Jacobus II. optans alios Equites inſtitui, qui Regnum defenderent contra Mauros; Rem ille obtinuit; quamobrem ordinem Equeſtrem inſtituit, dictum de Monteſa ab oppido, in quo præcipuum domicilium ordo habuit. Inſtitutionis annus variatur ab Authoribus; aliis deſignantibus an. 1318. aliis 1319. Joannes XXII. confirmavit ordinem, cujus ſignum Crux eſt rubra plana ejus formę, quam oſtendit num. 75. toga verò Capitularis alba, quam Imago demonſtrat. Diverſo olim habitu uſum eſſe hunc ordinem refert Laurentius Mattheus de Regimine Regni Valentiæ cap. 7. §. 4. ubi oſtendit hunc ordinem confirmatum fuiſſe a Clemente V. & aliis Pontificibus. Erectus autem fuit ſub Regula Ciſtercienſi. Rex Aragoniæ eſt perpetuus hujus ordinis Adminiſtrator. Eidem ordini acceſſit denominatio S. Georgii ob Monaſterium & templum S. Georgio, extructum a Rege anno 1318. Dictus eſt etiam ordo de Alfama ob unionem factam ordinis hujus nominis, quam Petrus II. Rex Aragoniæ inſtituerat, nulla Pontificia approbatione confirmatum.

LXXXIII.

Cavaliere DI MONTESIA.

DOpo eſſere ſtato eſtinto l' ordine delli Cavalieri Templari da Papa Clemente V. nel Concilio di Vienna l'anno 1311. volendoſi applicare i beni da eſſo poſſeduti nel Regno di Valenza alla Religione di Malta, il Rè Giacomo II. deſiderò che ſi fondaſſe con eſſi un nuovo ordine per difeſa delli Regni di Aragona, e Valenza dalli Mori; onde havutone il conſenſo fondò quello, detto di Monteſia dal luogo, ove fu edificato il primo Monaſtero. Alcuni dicono accadeſſe ciò l' anno 1318. altri nell'anno 1319. Papa Giovanni XXII. lo confermò, e l'inſegna fu una croce roſſa ſopra veſte bianca, come appariſce ſotto il uum. 75. e nella imagine. Lorenzo Matteo afferma eſſerſi uſato abito di forma diverſa, e dice, che fu confermato da Clemente V. Viveva queſta milizia ſotto la Regola Ciſtercienſe, il Supremo miniſtratore di eſſa è il Rè di Aragona, e perche nell'anno 1318. fu fondato un Monaſtero e Chieſa dedicata a S. Giorgio fu detto anche l' ordine di S. Giorgio, ſicome di Alfana per l'unione fatta dell'ordine di tal nome da Pietro Secondo fondato, ma non approvato da Pontefice alcuno.

Eques muris Pontici

LXXXIV.

Eques
MURIS PONTICI
qui dicitur Armellino.

CUm Marinus Martianus, Roſſani Princeps, non ſolum belli cum Joanne Andegavenſi Calabriæ Duce cauſa fuiſſet, ſed Ferdinandum Aragoniç, Regni Neapolitani Regem, interimere machinatus fuiſſet, quamvis ejus cognatus eſſet, in carcerem detruſus fuit, quem interimere Rex facile potuiſſet, ſicuti Conſiliarii hoc illi ſuadebant; ſed noluit; atque ut hoc clementię conſilium omnibus patefaceret ordinem inſtituit, in quo qui adſcripti erant monile aureum in pectore geſtabant, cum imagine muris pontici, undique cœno circumdati, ut indicat numerus 76. & vulgo dicebatur ordo Armellini, cum lemmate *malo mori quàm fœdari*, quo emblemate manifeſtè oſtenſum fuit Ferdinandum noluiſſe alieno ſanguine ſe ipſum maculare, quamvis reum Marinum agnoviſſet, ne vindictæ criminis reus evaderet. Hoc aureo torque deinde Equites, & Principes inſigniti fuerunt; nulla tamen Pontificia approbatione confirmatum hunc ordinem legimus; quamobrem potius inter ordines Equitum, quàm militum numerandum eſſe Eques Juſtinianus affirmavit. Indumento Ordinis proprio non utebantur hi Equites, quare imaginem damus ſolo torque decoratam. Ejus prima Dignitas translata fuit ad Reges Hiſpaniæ, in quorum Ditione Regnum Neapolitanum numeratur.

LXXXIV.

Cavaliere
detto dell'
ARMELLINO.

FErdinando di Aragona, Rè di Napoli nel 1463. eſſendo inſidiato da una congiura di Prencipi del Regno, delli quali era capo il di lui cognato Marino Marziano, Prencipe di Roſſano, confederato con Giovanni di Angiò, Duca di Calabria, havendolo fatto prigione, e convinto dell'errore, riſolvè di perdonargli la vita, benche conſigliato a farlo morire. E acciòche foſſe paleſe a tutti la di lui Clemenza nel concedergli il perdono, inſtituì un' ordine di Cavalieri, alli quali per inſegna donò una collana d'oro, da portarſi pendente ſul petto, da cui pendeva l'imagine d'un'Armellino, attorniato di fango, aggiuntevi le parole, *malo mori quàm fœdari*, cioè voglio più toſto morire che imbrattarmi, come ſi moſtra il num. 76. volendo ſignificare nel fango il ſangue dell' inimico; e quantunque poteſſe pnnirlo come reo, volle torre ogni ſoſpetto di vendetta, che per avventura poteſſe eſſere congiunta nel punirlo. Si ſteſe poi l'onore di queſta collana fuori del Regno, e ora la ſovranità dell' ordine riſiede nel Monarca delle Spagne, ſotto il cui dominio è il Regno di Napoli; non è però ordine confermato da Pontefice alcuno, nè uſa abito particolare, onde è di ſolo onore a chi ſi conferiſce la detta collana.

Eques Nauis in Gallia

LXXXV.

Eques

N A V I S

in Gallia.

JOannes Ferronius, qui Catalogum Ordinum Equeſtrium, a Regibus Galliæ erectorum, collegit, meminit ſacræ cujuſdam militiæ, anno 1269. conſcriptæ à S.Ludovico ſub titulo Navis, cujus Equitibus collare eſt aureum ex cochleis in ſinu Semilunę rubei coloris collocatis fabrefactum, ut expreſſimus ſub num.77. & ab eodem numiſma cum Navis effigie pendebat. Ea quidem de cauſa, quòd Reges Francorum ſæpiiſſimè glorioſiſſimos de Barbaris triumphos reportaverint, & Imperii orientalis ſigna eripuerint. Illud enim ſemilunam Turcarum, quæ illis ſolemne militiæ ſignum eſt, ut Romanis Aquilam, originem à Bizantinis habuiſſe conſtat, teſte Juſto Lipſio. Ob eam cauſam hunc ordinem vocatum etiam fuiſſe Lunæ creſcentis referunt multi. Sed alium ſub hoc titulo retulimus.

LXXXV.

Cavaliere

DELLA NAVE

in Francia.

NEl Catalogo degl' Ordini Equeſtri, inſtituiti in Francia, publicato da Giovanni Ferronio, ſi fa menzione di uno, che nell'anno 1269. ſi dice fondato da S. Lodovico Rè con il titolo della Nave. A ciaſcuno di tali Cavalieri pendeva dal collo una collana d'oro, formata da conchiglie, poſte nel concavo di mezza luna di colore roſſo, come ſi è delineata ſotto il num. 77. e dalla medeſima pendeva una medaglia, in cui era eſpreſſa una Nave. Vogliono li Scrittori che la cagione di queſta inſtituzione foſſe per eternare la memoria delle Armate navali, molte volte ſpedite contro li Turchi, e delle vittorie da eſſi riportatè con le Armi Franceſi; imperoche la Luna fu ſempre inſegna degli Ottomani, ſicome l'Aquila delli Romani. Riſeriſcono anco che queſt' ordine ſi denominò della Luna creſcente, ma altrove ſi è riferito un' ordine di queſto titolo.

Eques Lunæ Crescentis

LXXXVI.

Eques
N A V I S
in Regno Neapolitano.

ALium præterea ordinem navalem inſtituit Carolus III. Regni Neapolitani Rex circa an. 1382. cum ob coronationem Uxoris Margaritæ Reginæ, & ut mærorem tolleret Civitatis, quæ ob varios tumultus ac bella, & propter necem Reginæ Joannæ ſquallore plena erat; Varios ille decrevit ludos & ludicra certamina, in quibus ipſe ſeſe præclarè geſſit, novoſque voluit inſtitui Equites, qui Navales nuncuparentur, & eorum Princeps eſſe voluit, ut Argonautas imitantes digna tanto labore geſta patrarent. Ordinis, in quo trecenti Equites numerabantur, Protectorem S. Nicolaum, Myræ Epiſcopum, elegit, cui ornatiſſimum Templum prope Molum dedicavit, Equitibus præſcribens, ut ſingulis annis ejus feſtum ſolemni pompa celebrarent. Veſtis, qua Equites induebantur, ampla clamys erat ſerica coloris cærulei, aureis liliis depicta: illa circa collum alligabatur duplici funiculo & flocco ſericis filis albo & rubro compoſito. Ejus fimbriæ in terram uſque extenſæ teniis ſericis alba & rubra exornabantur. Caput bireto ſerico villoſo nigro operiebatur, quod navim in lamina aurea exculptam oſtendebat. Navim inſuper ſupra clamydem acu pictam gerebant, cujus malo globus cum aurea cruce imminebat, ſicut indicat num. 78. Mortuo deinde Carolo in Hungaria, talis Equitum ordo pene extinctus remanſit, penitus poſtea defecere ejus Equites ob bella & ſeditiones obortas. Qui primùm in hunc ordinem adſcripti fuerunt recenſentur in tertia Decade lib. 25. pag. 118. Hiſtoriæ Neapolitanæ, quam P. Nicolaus Parthenius Giannettaſius Soc. Jeſu quamprimum in lucem dabit, Vir in Republica litteraria nunquam ſatis laudatus tam ob ſolutā quàm numeris vinctam orationem aureo calamo in pluribus voluminibus editam.

LXXXVI.

Cavaliere
D E L L A N A V E
in Napoli.

UN' altr' ordine navale fu inſtituito dal Rè Carlo III. in Napoli, quando fu coronata Margarita, da lui ſpoſata, a fine di rallegrare la Città, meſta per varii tumulti e guerre patite a cagione della Regina Giovanna. Inſtitui anche varie Gioſtre e feſte, nelle quali egli ſteſſo ſi eſercitò con gran plauſo; onde reſtò fondato un' ordine di Cavalieri, detto della Nave, delli quali eſſo fu il capo; accioche imitando gl' Antichi Argonauti ſi eſercitaſſero in azzioni di valore, e degne della loro qualità. Eleſſe per Protettore dell' ordine S. Nicolò, Veſcovo di Mira, al di cui onore fabricò una Chieſa appreſſo il Molo; e commandò alli Cavalieri, che ogn' anno celebraſſero ſolennemente la di lui Feſta. Portavano li Cavalieri ſopra una clamide ricamata di gigli di colore turchino eſpreſſa una Nave in mezzo all' onde, indicata da noi ſotto il num. 78. legata al collo con doppio cordone di ſeta bianca, e roſſa, terminato con fiocchi, e l' eſtremità di eſſa era ornata di naſtri di ſimili colori. In capo havevano un berrettone di velluto nero, a cui era affiſſa una lamina d' oro, che moſtrava una Nave. Morto il Rè Carlo reſtò diſſipato queſt' ordine, e totalmente eſtinto a cagione delle guerre, benche ſi ſtudiaſſe di rimetterlo nell'antico ſplendore. Quelli che furono la prima volta aſcritti ſono riferiti nell' Iſtoria di Napoli Decade 3. lib. 25. cart. 118. la quale in breve uſcirà alla luce, compoſta dal Padre Nicolò Giannettaſio della Compagnia di Gieſù l' eloquenza del quale non è mai à baſtanza celebrata per li eruditi volumi publicati in proſa e in verſi, e ricevuti con ſomma approvazione nella Republica litteraria.

Eques dictus Nodi Neapoli

LXXXVII.

Eques

N O D I

in Regno Neapolitano.

NObiliſſimi hujus Ordinis apud Neapolitanos exordium fuit, cum Ludovicus, inferioris Pannoniæ Rex, bellum intuliſſet Reginæ Joannæ, quæ Regni hæres erat, poſt varios tumultus & belli vices pax inita fuit anno 1351. & Ludovicus Tarentinus nuncupatus juſſu Clementis VI. P. M. Rex coronatus fuit, in matrimonium ducta Joanna, in cujus rei memoriam ab eodem novus Equeſtris ordo inſtitutus eſt, quem Nodi ipſe Rex appellavit. Quamobrem ſexaginta Viri Urbis primarii (ſeptuaginta fuiſſe refert P. Andreas Mendo) & alii ſingulari virtute præditi, nodo è ſerico purpureo cum auro intexto & margaritis, pectori ſtrictè vincto (quamvis alii dicant bracchio ſupra togam albam inſigniti fuerunt, cum quadam jurandi formula, ut indicarent tali nodo non tantùm bracchium, ſed cor in amicitiam devinciri. Primos ejus ordinis retulit Mennenius ex catalogo cujuſdam Anelli Pacca Neapolitani Scriptoris. Veſte induti incedebant, ejus formæ, qua Rex ipſe exornabatur, & illi nodus affixus apparebat, expreſſus a nobis ſub n.79. Eidem ordini Sūmus Pontifex Regulam S. Baſilii præſcripſit, & defenſionem Fidei, & Obedientiam Regi Neapolitano commendavit. Veſtem eo tempore vocari *Giornea* refert Juſtinianus. Dum autem inquirerē cujus nam formæ illa eſſet perhumanus & eruditus Vir D. Dominicus Georgii miſit ad me Iconem hic expoſitam, acceptam ab antiquo Pariete Palatii, quod Neapoli dicitur Reginæ Joannæ extra Urbis mœnia extructum, in quo Rex ipſe depictus videtur cum Regina, ejus Ordinis Equitibus ſtipatus. Omnes veſtem & birettum geſtant rubeum ejus formæ, quam Icon oſtentat Rex autem auro exornatam habet.

LXXXVII.

Cavaliere

DEL NODO

nel Regno di Napoli.

L'Origine di queſto nobiliſſimo ordine in Napoli fu quando, havendo moſſa guerra Lodovico Rè della Pannonia inferiore contro la Regina Giovanna, che era erede del Regno, dopo varie vicende e tumulti ſi ſtabilì la pace nell' anno 1351. e per Decreto di Papa Clemente VI. fu coronato Rè Lodovico nominato di Taranto, da cui fu ſpoſata la Regina Giovanna. Volle queſto eternare la memoria di si felice ſucceſſo, con inſtituire un' ordine di Cavalieri, che chiamò del Nodo; onde ſcelti dalla primaria nobiltà del Regno ſeſſanta, o pure ſettanta al riferire del P. Andrea Mendo, aſſegnò loro per diviſa un Nodo, inteſſuto di ſeta cremiſina e oro, da portarſi ſopra il petto altri dicono legato al braccio; acciò che reſtaſſe ſignificato non ſolamente eſſere ligato il braccio, ma molto più il cuore di ciaſcuno con una ſtabile e ſtretta amicizia. La veſte propria di eſſi riferiſcono foſſe ſimile a quella uſata dal Rè, ma non ſi ſpiega la forma, il Giuſtiniani dice, che ſi chiamava Giornea, uſata in quel tempo. Sopra queſta appariva il nodo come ſtà eſpreſſo da noi ſotto il num. 79. Fu l'ordine confermato dal Sommo Pontefice il quale gli preſcriſſe la Regola di S.Baſilio; inculcando la difeſa della S. Fede, e l'ubidienza al Rè di Napoli. Mentre andavo indagando in qual forma foſſe la ſopradetta, *Giornea*, mi fu mandata da Napoli dal corteſiſſimo ed erudito Sig. Domenico di Giorgio l'imagine, qui eſpoſta, preſa da una pittura antica poſta nel palazzo, detto della Regina Giovanna, ſituato fuori delle mura. Ivi ſi vedono il Rè con la Regina e molti Cavalieri del nodo, veſtiti della Giornea e berrettone l'una e l'altro roſſo. Il nodo però non vi ſi vede eſpreſſo.

Eques Parmę Viridis

LXXXVIII.

Eques PARMÆ VIRIDIS.

REgnante Carolo VI. Galliarum Rege, Ordo Equeſtris ortum habuit in Gallia, quo tamen pauci compleƈtebantur, Parmæ viridis nuncupatus, quo nomine ſcutum ſignificant Latini, quod a centro ubique in partes æquales abſolvitur, quoque olim Pedites utebantur, quod indicat numer. 80. Cauſam hujus inſtitutionis fuiſſe referunt quærelas nobilium fœminarum Regi delatas contra eos, qui ipſas impune contemnebant. Illis fretus Mareſcallus Boveut ſimul cum aliis duodecim earum tutelam excepit his conditionibus firmatam, primò, ut earum bona, & honorem enſe defenderẽt, ſecundò, ut armis reſponderent cum ad ſingulare certamen earum cauſa provocarentur, tertiò, ut alium ſubſtituerent, cum ipſimet reſpondere non poſſent, quartò, ut ſtatim accurrerent in earum auxilium, ſi aliqua ex illis in vitæ diſcrimen, vel pugnam ab alia provocaretur. Has conditiones primùm ante omnes approbaſſe referunt Carolum Albert Regis conſanguineum. Cur Parma viridis pro inſigne fuerit eleƈta neſcimus, fortaſſe ut Defenſionem ſignificarent; ſcimus tamen hanc Equitum claſſem brevi tempore evanuiſſe.

LXXXVIII.

Cavaliere DELLO SCUDO VERDE.

HEbbe principio queſt' ordine di Cavalieri, i quali pet inſegna portavano uno ſcudetto di color verde, eſpreſſo ſotto il n. 80. mentre regnava in Francia il Rè Carlo VI. e ne furono la cagione le doglianze, che molte Dame facevano appreſſo il Rè delle ingiurie, che ricevevano ſenza eſſervi chi le difendeſſe. Riſolvè perciò il Mareſciallo Boveut con dodici altri Cavalieri prendere la loro difeſa; onde ſtabilirono alcune condizioni. Primo, di difendere i beni e la riputazione di eſſe. Secondo, di accettare le disfide, che per cagione delle medeſime poteſſero eſſer fatte. Terzo, ſe non poteſſe accettarle di ſoſtituire un' altro. Quarto, di accorrere, per difenderle qualunque volta alcuna ſi trovaſſe in cimento di contraſti, o pericoli della vita. Riferiſcono che queſte condizioni furono accettate avanti degli altri da Carlo d' Albert, cugino del medeſimo Rè. Non ſi sà la cagione per cui elegeſſero per ſegno lo ſcudo, forſi fu per ſignificare la difeſa promeſſa. E però certo che tali Cavalieri dopo pochi anni ceſſarono.

[illegible]

Eques Passionis Jesu Christi

LXXXIX.

Eques
PASSIONIS JESU CHRISTI.

CUm Terræ Sanctæ loca Infideles ubique occuparent, Chriſtifidelibus expulſis, vix eorum veſtigia remanebant, nam ut mancipia, non ut Incolæ illic pauci degebant. Cumque interim Principes Europę bella infidelibus inferre meditarentur, ut Paleſtinam ab eis eriperent, Sultanus Ægypti anno 1306. ne malo ſibi imminenti ſuccumberet cuſtodiam SS. Sepulchri Fratribus S. Franciſci, de obſervantia dictis, commiſit. Anno deinde 1380. Riccardo Angliæ, & Carolo VI. Galliarum Regibus, cupido inceſſit ejuſdem Terræ Sanctæ recuperandæ. Quamobrem referunt Authores, ab ipſis inſtitutum fuiſſe militarem ordinem in memoriam Paſſionis Dominicæ, cujus opera vitia ab exercitu extirparentur, ut facilius ſibi aditum ad opus cœtero qui arduum aperiret, Equites in ſolemnibus actionibus veſtem cianeam gerebant, ultra genua productam, circa lumbos cingulo ſerico pręcinctam. Caput rubro caputio tegebatur, cappam albam laneam veſti ſuperimponebant in utroque latere apertam, ut bracchia commode extenderentur, ante pectus a collo uſque ad pedes crux lanea rubra tribus digitis lata aſſuta erat ut imago demonſtrat, & num. 81. Plura de hoc ordine, qui tamen brevi tempore extinctus fuit, retulit Elias Aſmoles in Inſtitutione ordinis Periſcelidis cap. 11. fol. 83.

LXXXIX.

Cavaliere della
PASSIONE di GIESU.

INondata la Terra Santa dagl' Inimici della S. Fede, e ſcacciati li Chriſtiani, appena reſtava qualche reſiduo di eſſi, e ſi potevano piu toſto dire ſchiavi, cha abitatori. Ma perche in Europa molti Prencipi meditavano di ricuperare i Luoghi Santi da que' Barbari, e penetrando ciò il Sultano di Egitto, per liberarſi dal pericolo, ſi riſolvè di conſegnare nell' ann. 1306. alli Religioſi di S. Franceſco, detti dell' oſſervanza, la cuſtodia del S. Sepolcro. Intanto Riccardo II. Rè d'Inghilterra, e Carlo VI. Rè di Francia uniti aſſieme, meditarono di andare alla conquiſta di Terra Santa circa l'anno 1380. e riferiſcono gl' Iſtorici; eſſere eſſi ſtati gl' Autori di queſt' ordine; e ciò per eſtirpare i peccati dall'Eſercito con la memoria viva della Paſſione del Redentore, e così aprire la ſtrada all' acquiſto di quel Santo Paeſe. Portavano i Cavalieri una veſte di panno di colore azzurro ſino a mezza gamba, legata a i lombi con cintura di ſeta, larga due dita; con fibbia tonda, coprivano il capo di cappuccio roſſo, e ſopra la veſte havevano un manto di panno bianco, aperto da ambe le parti delle ſpalle. Sopra queſto nel petto ſino a terra havevano una croce roſſa di panno larga tre dita, come appariſce nella imagine, e al num. 81. Molte coſe riferì Elia Aſmole di queſt' ordine eſtinto appena nato nella inſtituzione dell'ordine della Gartiera al cap. 11. fol. 83.

Magnus Magister Equitum Passionis

XC.

Magnus Magiſter Equitum PASSIONIS JESU CHRISTI.

HUic Ordini Magnus Magiſter præerat , qui indumento non abſimili induebatur , extenſo tamen uſque ad talos, cuique crucem aurea linea digito lata circumdabat. Manu inſuper ſceptri loco Virgam ferebat , in cujus apice nomen JESU aureum fulgebat , quo ejus dignitas ſignificabatur , caligas nigras gerebat, tibialia vero alba. Curabat ille ut Religionis ſtatuta ſanctè ſervarentur, quæ viginti capitibus comprehendebantur , relata ab Equite Juſtiniano in pag.697. Equites vota Religionis profitebantur , ideſt Obedientiam erga Principem , Paupertatem , & Caſtitatem coniugalem . Coram illo quinque Conventus ſtatutis temporibus tenebantur,quorum primus dicebatur Quotidianus , in quo viginti quatuor Equites conſiliarii numerabantur ; ſecundum particularem dicebant, quadraginta militibus compoſitum. In tertio octoginta aderant , & magnum conſilium dicebatur. Quartum ſingulis annis celebratum, & generale dictum omnes Provinciarum Præſidentes componebant . In quinto denique , ſingulis ſexſenniis convocato , mille Equites numerabantur,quorum votis firmabatur quidquid magis opportunum pro optimo ordinis regimine videretur . Præter hæc decem Adminiſtri Magno Magiſtro aſſidebant, qui ordinis Conſervatores appellabantur , a quibus pœnæ reis decernebantur , cum ordinis ſtatuta violaverint. Dividebatur ordo in octo Nationes, quas Linguas communiter nominabant , & centum ſupra mille Equites numerabat , quorum ſingulis quinq; Equi & ſex famuli in militaribus expeditionibus aſſignabantur , quorum duo arma ad præliandum deferebant .

XC.

Gran Maeſtro dell'ordine della Paſſione DI GIESU CHRISTO.

AL Governo di queſt'ordine preſedeva un Gran Maeſtro , Prencipe e Capo di tutti. Veſtiva abito conſimile a quello delli Cavalieri nella forma e nel colore, ma lungo ſino à piedi , e la croce, da cui ſi ornava la ſopraveſte era orlata di oro largo circa un deto . Uſava tenere in mano una verga col nome di GIESU nella ſomnità di eſſa , come ſcettro e ſegno di ſovranità . Le calze erano bianche, e le ſcarpe nere. La carica di queſto Prencipe era l' invigilare al buon Governo della Religione,e oſſervanza delli Statuti, li quali ſi regiſtravano in venti capi , riferiti dal Cavaliere Giuſtiniani à carte 697. Giuravano li Cavalieri trè Voti , cioè Obedienza al Superiore , Povertà, e Caſtità coniugale. Alla preſenza del Gran Maeſtro ſi tenevano cinque Conſigli , o Congregazioni ; il primo ſi chiamava conſiglio cotidiano , compoſto di 24. Cavalieri : il ſecondo conſiglio particolare di quaranta : il terzo, detto il Gran Conſiglio , compoſto di ottanta : il quarto era capitolo Generale, celebrato ogni anno con l' intervento delli Preſidenti delle Provincie ; il quinto era il Capitolo univerſale, che ſi convocava ogni ſei anni , e comprendeva mille Cavalieri , dalli quali ſi diſtribuivano le cariche , ſi mutavano li miniſtri , e ſi ſtabiliva ciò, che ſi riputava più opportuno.Al Gran Maeſtro aſſiſtevano dieci miniſtri di Giuſtizia, chiamati Conſervatori dell'ordine , li quali havevano facoltà di giudicare e punire li tranſgreſſori delli Statuti. Si divideva tutto l'ordine in otto lingue o Nazioni , e il numero delli Cavalieri era di mille e cento in circa, ciaſcuno de quali nelle impreſe militari doveva havere cinque Cavalli e ſei Servitori , due de quali erano Soldati armati.

Eques Paſsionis Armatus

XCI.

Eques

PASSIONIS

cum veſte militari.

CUm verò bellum agerent hujus ordinis Equites, ferreo indumento membra muniebant, ſupra quod tunica erat lanea alba uſque ad genua extenſa, rubris fimbriis exornata; cruce inſuper rubra ante pectus & retro diſtincta. Crux autem, qua ſignabantur Milites famulantes ſerico nigro circumdabatur, crux vero Equitum aurea linea. Caſſide caput muniebant Antiquorum more, quam purpura & aurum exornabant, ſicuti enſem & pugionem. In vexillo hujus ordinis albo crux rubra rutilabat, quatuor digitis lata auroque circumdata, quod iterum alia rubra faſciola claudebat, in ejus centro ſupra nigrum oloſericum agniculus, qui noſtræ ſalutis Reparatoris paſſionem ſignificabat, auro expreſſus videbatur, ut imago & numer. 82. oſtendunt.

XCI.

Cavaliere

DELLA PASSIONE

armato.

QUando queſti Cavalieri procedevano armati coprivano l'armatura di ferro con una veſte ſino al ginocchio, che chiamavano la Giubba, e d'era bianca, orlata di vermiglio, ſopra la quale nel petto e nella ſchiena era affiſſa la croce, e era differente quella delli Cavalieri da quella del ſoldato ſervente; poiche l'orlatura di queſto in vece d'oro era di ſeta nera. L'elmo era all'antica coperto di porpora orlata d'oro, ſicome la ſpada haveva il pomo e puntale d'oro, e il fodero vermiglio. L'inſegna militare di queſt'ordine era una croce roſſa, larga quattro deta, orlata di oro, largo un deto, e al di fuori un'altra orlatura roſſa di mezzo dito in campo bianco; nel centro di eſſa croce era un nicchio formato da quattro ſemicircoli di campo nero ſignificante l'agonia del Redentore, indicato da un'Agnello, come ſi vede nella imagine, e ſotto il num. 82.

Mulier ordinis Paſſionis Chriſti

XCII.

MULIER
eidem ordini adſcripta.

AD hujuſmodi Ordinis milites ſpectabat munus inſerviendi infirmis in Xenodochio, in quo etiam fœminæ viduæ occupabantur, eidem Ordini adſcriptę, & veſtibus ejuſdem ordinis inſignitæ. Veſtem propterea albam gerebant, cingulo rubro aureoque pręcinctam. Illi manicæ rubræ aſſutæ erant; pallium etiam album habebant, cujus pars interior nigra erat, & fimbriæ rubræ. In ſiniſtro latere crux rubra erat. Caput velamine albo tegebant, & ſupra frontem parva crux etiam rubra micabat, quæ omnia in imagine expoſita clarius elucent.

XCII.

Donna aſcritta nel medeſimo ordine
DELLA PASSIONE.

FAcevano profeſſione queſti Cavalieri di ſervire gl' Infermi negli Oſpedali, nelli quali eſercitavano molte opere di pietà ançor le Donne Vedove, le quali aſcritte nel medeſimo havevano un'abito proprio; cioè una veſte bianca con cintura pendente roſſa, orlata d'oro, e le maniche roſſe. Sopra queſta uſavano un mantello poco più corto della veſte, di colore bianco orlato di vermiglio, e foderato di nero; ſopra queſto nel lato ſiniſtro era una croce roſſa. Coprivano il capo di velo e drappo leggiero bianco, orlato di roſſo, che ſcendeva ſopra le ſpalle, e ſopra eſſo nella fronte era una crocetta del colore dell' altra, come eſibiſce la figura. Queſt' ordine in breve fu diſciolto per lo ſcioglimento della Lega delli Prencipi ſopradetti.

Eques S. Pauli Pontificius

XCIII.

Eques

S. PAULI PONTIFICIUS.

UT ſtatus Eccleſiaſtici inopiæ ſubveniret Summus Pontifex Paulus III. Collegium ducentorum Equitum inſtituit ſub invocatione S. Pauli Apoſtoli, conſtitutione edita die ſeptima Julii anno 1540. ejus Pontificatus ſexto, à quibus bis centum millia ſcuta in ſubſidium recepit. Ut præmia illis conferret Pontifex, eos Participantes & perpetuos commenſales declaravit; inter nobiles familias connumerandos eſſe juſſit, & Lilia Farneſiæ ſtirpis inſignia conceſſit, ſi ipſis in proprio ſtemmate gentilitio inſerenda placuiſſet. Iiſdem militibus veſtem lugubrem gerendam die obitus Pontificis præſcripſit, rubram verò die ejuſdem coronationis; Ut verò a cœteris diſtinguerentur, his indumentis bracchium nudum, quod enſem diſtrictum gereret affixum eſſe voluit, ſicut crux indumento Militum S. Joannis hyeroſolimitani. Quod inſigne a nullo alio poſſet deferri ſub pœna excommunicationis, & mille aureorum. Penſionum Eccleſiaſticarum ducentorum nummorum participes fore declaravit, etiã ſi inter milites S. Petri fuiſſent adſcripti. Hæc omnia conſtant ex conſtitutione ipſius Pontificis typis hæredum Antonii Bladii impreſſa, & ſub nu. 83. ordinis teſſera apparet.

XCIII.

Cavaliere

DI S. PAVOLO.

FU queſto Collegio di Cavalieri, detto di S. Pavolo, inſtituito dal Sommo Pontefice Pavolo III. nell' anno 1540. ſeſto del ſuo Ponteficato con bolla publicata a di ſette di Luglio, e fu formato di ducento Cavalieri, li quali contribuirono ducento mila ſcudi per li biſogni dello ſtato Eccleſiaſtico, per li quali hebbe motivo il Pontefice d' inſtituire queſt' ordine: E perche volle moſtrarſi ad eſſi grato, li dichiarò partecipanti e perpetui commenſali del Palazzo Lateranenſe, con aggregarli tra le famiglie nobili, aggiungendo anche che poteſſero inferire nelle Armi del caſato li gigli, propria inſegna della Caſa Farneſe. Concedè alli medeſimi facoltà di potere partecipare penſioni Eccleſiaſtiche fino alla ſomma di ducento ſcudi, benche haveſſero quella conceduta alli Cavalieri di S.Pietro, e godeſſero i privilegi di quell' ordine. Acciòche foſſero diſtinti fra tutti gli altri ordini e uffizii della Corte Romana, preſcriſſe ad eſſi l' abito nero da portarſi nelli giorni funerali per la morte del Papa, e di colore roſſo nel giorno della ſolenne coronazione. Volle di più che nella parte ſiniſtra di tal veſte foſſe eſpreſſo un braccio nudo con in pugno una ſpada, come ſi vede al num.83.e queſta foſſe propria inſegna di tal' ordine, ſicome è la croce bianca dell' ordine di Malta con proibire che niun' altro poteſſe portarla ſotto pena di ſcomunica e di mille ſcudi. Il tutto è cavato dalla Bolla ſudetta impreſſa dagli Eredi del Bladio.



Eques Periscelidis

XCIV.
Eques PERISCELIDIS in Anglia.

HUnc Ordinem nobiliſſimum Equitum, in quo viginti ſex tantùm numerantur, ad diverſam originem trahunt Scriptores. Aliqui enim aſſerunt, Eduardum III Anglorum Regem anno 1350. cum de Gallis & Scotis triumphaſſet, ob teſſeram Pariſcelidis in eo prælio datam, Equites Pariſcelidis nominaſſe, & S.Georgio, in cujus honorem templum extruxerat, dedicaſſe. Nonnulli autem ad Periſcelidem coloris cianei Joannæ Comitiſſæ Sarisburiæ referunt, eo quod ipſi choreas agenti decidit, & illam Rex è terra ſuſtulit, ridente multitudine adſtante, & illo reſpondente, futurum ut brevi ſummus honor ejuſmodi Periſcelidi haberetur. Sunt etiam qui hujus ordinis exordium multo antiquius exiſtimant, & ad Regem Riccardum I. referunt, & Eduardum illum reduxiſſe tradunt. Inſigne præcipuum Equitum eſt crux plana rubra ſupra album pallium ut ſub numer.84. Veſtis adhibenda in ſolemnibus diebus præſcripta fuit ex albo ſerico ſicut etiam Tibialia, ſub genu ſiniſtro crus cingitur Periſcelide cœrulea auro unionibus & aurea fibula exornata, caracteribus gallicis ſignata, quibus dicitur *male vertat qui male cogitat*, ut videtur ſub nu. eodẽ, quo ſymbolo unionem inter Equites ſignificari aiunt, ſupra hoc indumentum veſtis additur purpurea è ſerico, in parte interiori alba, uſque ad media crura extenſa, hanc circa lumbos ſtringit baltheus purpureus. Ab humeris pallium pendet ſericum villoſum cœruleum cum caputio albo, circa collum duo funiculi ejuſdem coloris pendent ad terram uſque extenſi, in parte ſiniſtra micat crux quæ ibidem exprimitur. Pectus exornatur aureo torque, in quo encauſto cœruleo expreſſæ ſunt Periſcelides, in quarum medio roſa eſt vel alba, vel rubra alternatim variata. Has connectunt funiculi aurei, & ex torque imago D. Georgii Draconem transfigentis dependet, Biretum eſt ex ſerico villoſo nigro, aureo circulo & plumis partim albis partim nigris exornato. Quæ omnia in addita imagine clarius patent.

XCIV.
Cavaliere della GARTIERA in Inghilterra.

VAriano gl' Iſtorici: nel riferire l' Origine di queſto nobiliſſimo Ordine di Cavalieri, il numero delli quali era ſolamente di 26. inſtituito nell'Inghilterra. Alcuni dicono che il Rè Odoardo III. nell'anno 1350. l'inſtituiſse dopo le vittorie, riportate da Franceſi e Scozzeſi, nella quale guerra haveva data per teſſera la Gartiera con il vocabolo Ingleſe *Jartier*, che ſignifica centurino. Alcuni vogliono che eſſendo in un ballo cadeſſe una ligaccia turchina alla Conteſſa Giovanna di Sasburi, e foſſe raccolta dal Rè, e ridendo gl' Aſtanti, egli diceſſe che tra poco tempo ſi ſarebbe molto ſtimata quella Ligaccia. Altri affermano eſſere ſtato più antico, inſtituito da Riccardo I. e rinovato da Odoardo III. Comunque ſia l' ordine fu ſempre nobiliſſimo, e ſupremo Maeſtro di eſſo furono gl' iſteſſi Rè d' Inghilterra. L' inſegna principale è una croce piana roſſa ſopra manto bianco come l' habbiamo poſta al num.84. L' abito però nelle funzioni ſolenni è una Giubba è Calzoni di ſeta bianca, come anche le calzette, e ſcarpe. Sotto il ginocchio ſiniſtro la gamba è cinta da un centurino turchino, ornato di oro, gemme, e fibbia d' oro, in cui ſono eſpreſſi caratteri, da quali ſi ſignifica, che ſia vituperato chi mol penſa, come ſi vede ſotto il nu. ſteſſo, con il quale ſimbolo viene ſignificato l' unione ricercata tra i Cavalieri di tale ordine. Veſtono poi una Giubba di ſeta incarnata, foderata di bianco, e ſteſa ſino a mezza gamga, e queſta ſi cinge con cintura cremiſina, che ſoſtiene la ſpada. Dalle ſpalle pende un manto ſino a terra di velluto turchino, che ha un cappuccio foderato di biãco, e unito ſotto il collo da doppio cordone, ſteſo ſino a terra del colore medeſimo. Sopra il petto è la collana, compoſta di varie cinture di ſmalto turchino in mezzo delle quali ſono roſe roſſe, e bianche alternativamente diſpoſte. Queſte ſi connettono con nodi di oro, e nel mezzo pende l' imagine di S. Giorgio tutelare dell' ordine, come ſi vede ſotto il num. 84. Hanno in teſta un Berrettone di velluto nero, ornato con circolo d'oro, e di piume bianche, e nere, come moſtra l' imagine.

Eques S. Petri Pontificius

XCV.

Eques S. PETRI Pontificius.

LEo X. cui placuit tali nomine appellari, ut inſitam animo magnitudinem & clementiam appellatione & factis exprimeret, inito Pontificatu componendæ pacis cauſa ſollicitus omnes Chriſtianæ Reipublicæ Principes hortatus fuit, ut odia & arma deponerent, ſtudia ſubinde bonarum artium majorum ſuorum exemplo promovit, & Concilium Lateranenſe celebravit, in quo bellum contra Turcas firmatum eſt. Cum autem Proventus illi addixerit, quos excipiebat ex theſauro Aluminis, ſedente Pio II. reperti apud Forum Clodii Tulpha nuncupatum; ne in adminiſtratione illius aliqua fraus committeretur, & ad ipſos Turcas nullus alumen illud tranſmitteret, Collegium quadringentorum & unius Virorum inſtituit anno vigeſimo primo ſupra milleſimum quingenteſimum conſtitutione *Sicut Prudens &c.* quos Milites S. Petri vocavit Participantes; quibus, cum ſinguli mille florenos auri de camera pro Romanæ Eccleſiæ neceſſitatibus ſublevandis perſolviſſent, annuam penſionem ſcutorum quinque pro ſingulis centenariis perſolvi mandavit, eoſque cum primogenito filio inter Viros nobiles primariæ nobilitatis adſcribi voluit, Comites dici Palatii Lateranenſis, pluraque privilegia iiſdem conceſſit, quorū aliqua S. Pius V. revocavit. Veſtem illis præſcripſit rubram, deferendam in coronationis Pontificum, nigram verò illis demortuis, ejus formæ quem gerunt Cubicularii Pontificii. Torquem inſuper aureum ante pectus, a quo penderet numiſma cum imagine D. Petri in altera ejus parte, in altera verò inſignia Pontificia apparerent, ut indicat numer. 85. Hunc ordinem Paulus III. confirmavit; At poſt obitum Pontificis ejus ſplendor defecit. Remanet tamen aliqua illius denominatio in Pontificia Cancellaria, in qua officia, quę vacabilia dicuntur, S. Petri vocantur, nulla tamen nobilitatis nota collata ſi pretio emantur.

XCV.

Cavaliere DI S. PIETRO.

IL Sommo Pontefice Leone X. il quale eleſſe tal nome per ſignificare la clemenza e grandezza del ſuo animo, nel principio del ſuo governo deſideroſo di conciliare la pace, eſortò tutti li Prencipi a deporre le armi e gli odii, poi procurò di promuovere gli ſtudii delle lettere ad imitazione delli ſuoi Antenati, e celebrò il Concilio Lateranenſe, in cui ſi decretò la Guerra contro il Turco; e perche haveva aſſegnata per eſſa l'entrata, proveniente dalle miniere dell'Alume ſcoperte nel Ponteficato di Pio II. preſſo il Caſtello, detto della Tolfa; acciòche non ſi commetteſſero frodi nell'amminiſtrazione di eſſe, e non foſſe mandato detto Alume a gl' inimici di S. Chieſa, nell' anno 1521. inſtituì un Collegio di quattrocento e uno Cavalieri, alli quali ne diede la cura. Volle che queſti foſſero detti Participanti, mentre havendo ciaſcuno di eſſi contribuito mille fiorini d'oro, per sollevare le neceſſità dello Stato Eccleſiaſtico aſſegnò loro un' annua entrata di cinque ſcudi per ciaſcuno centenario contribuito; li dichiarò con i loro Primogeniti Conti Lateranenſi, e nobili di prima nobiltà, e concedè alli medeſimi molti Privilegii; contenuti nella Bolla *Sicut Prudens*; benche molti di eſſi furono poi rivocati dal S. Pontefice Pio V. Preſcriſſe alli medeſimi l'abito ſimile alli Camerieri Pontificii, da portarſi di colore roſſo, nel giorno della coronazione del Papa; e nero nelle eſequie del medeſimo. Volle di più che portaſſero una collana d'oro, da cui pendeſſe una medaglia con l'imagine di S. Pietro in una parte, e con l'arme del Pontefice nell'altra, come ſi è eſpreſſo ſotto il num. 85. Pavolo III. confermò queſt' ordine, ma dopo la morte di lui mancò lo ſplendore di eſſo, reſtandone ſolamente nella Cancellaria il nome per quelli, che con il denaro comprano gli offizii, detti volgarmente vacabili.

Eques Pontificius dictus Pius

XCVI.

Eques

DICTUS PIUS.

PIus Quartus Pontifex cum Eccleſiæ Romanæ Ærarium, ære alieno gravatum, inveniſſet, ne ſubditos ulteriori gravamine affligeret, exemplo Leonis X. Clementis VIII. Pauli III. Julii III. & Pauli IV. Collegium inſtituit trecentorum ſeptuaginta quinque militum, quos vocavit Pios Participantes, illiſq; annuam penſionem ſolvendam decrevit, eo quòd dicti milites centum octuaginta ſeptem millia & quingenta ſcuta aurea pro Eccleſiæ & Pontificis neceſſitatibus ſublevandis obtulerint. Privilegia quamplurima his militibus conceſſit Pontifex, quæ recenſentur in Conſtitutione *Pii Patris Altiſſimi* edita anno 1559. Pontificatus primo, inter quæ illud erat, quod adſcriptos nobiles, & Aulæ Lateranenſis comites declarabat; multa tamen revocavit S. Pontifex Pius V. & Gregorius XIII. Ut à cœteris dignoſcerentur, numiſma aureum ante pectus gerendum præſcripſit, cujus pars altera imaginem D. Ambroſii oſtentaret, altera verò Pontificis gentilitium Stemma, ut indicat numer. 86. Eidem Collegio centum alios & ſexaginta milites addidit idem Pius conſtitutione *Cum nos*, quæ decimaſexta numeratur in Bullario. Cum veſtem peculiarem hi milites non habuerint; virum ſupradicto numiſmate inſignitum hic exponimus, ea veſte indutum, qua nobiles Romani tunc temporis utebantur.

XCVI.

Cavaliere

PONTIFICIO detto PIO.

HAvendo il Pontefice Pio IV. trovato l' Erario della Chieſa aggravato di molti debiti, e quaſi del tutto eſauſto, per non imporre alli ſudditi nuovi peſi, ad imitazione de ſuoi Predeceſſori, Leone X. Clemente VII. Pavolo III. Giulio III. e Pavolo IV. ereſſe un Collegio militare di 375. perſone, che denominò Cavalieri Pii Partecipanti, e ad eſſi aſſegnò una penſione annua in ricompenſa della contribuzione, fatta da loro di 185. mila e 500. ſcudi di oro, perche con eſſi poteſſe il Pontefice ſollevare lo Stato Eccleſiaſtico, e provedere agl' imminenti biſogni. Concedè ancora alli medeſimi in premio della loro libertà molti Privilegii regiſtrati nella ſua Bolla *Pii Patris Altiſſimi*, publicata nell' anno 1559. e primo del ſuo Pontificato, fra i quali il primo fu dichiararli Conti del Laterano, connumarati tra le famiglie della prima nobiltà; benche poi molti di tali Privilegi furono annullati dal S. Pontefice Pio V. e Gregorio XIII. Il medeſimo Pontefice Pio IV. con altra Bolla *Cum nos*, poſta nel Bollario al numer. XVI. aggiunſe al medeſimo Collegio altri cento ſeſſanta: e a tutti preſcriſſe per inſegna una medaglia d' oro, pendente dal petto con l' imagine di S. Ambrogio in una parte, e nell'altra l' arme del Pontefice, come ſtà eſpreſſo ſotto il num. 86. e perche non havevano abito particolare, qui ſi è eſpoſta l' imagine di un nobile con abito uſato in quel tempo.

Eques Quercus in Nauarra

XCVII.
Eques
QUERCUS
in Regno Navarræ.

DA Garcias Ximenes, Dux pari nobilitate ac virtute bellica celebris,abdicato Armorum ſtudio vitam ſolitariam elegerat, ſed a multis extimulatus, ut Patriam contra Mauros defenderet, bellicam Provinciam ſuſcepit, & dum militares acies diſponeret, repente elatis ad cœlum oculis Crucis imaginem ſupra quercum vidit, quam adſtantes Aligeri venerabantur. Ob tale portentum victoriam ſibi ſpopondit; quamobrem eodem ſigno ſalutis munitus, ſicuti & reliqui milites, Mauros profligavit, & Patriæ Liberator vocatus, titulum primi Regis Navarræ conſequutus fuit. Ut hoc beneficium memoriæ Poſterorum mandaret Garcias anno 722. Regnante Gregorio II. Romano Pontifice, Equitum ordinem inſtituit, quorum Emblema crux erat liliata rubra, Quercui impoſita,adſuta albo brevique indumento, quod in prælio gerebant milites, ſicut oſtendit num. 87. In hoc ordine Equites Conſtantinianos quodammodo revixiſſe in Hiſpania referunt Scriptores, qua de cauſa Equites qui Quercus dicebantur, defuerunt.

XCVII.
Cavaliere
DELLA QUERCIA
in Navarra.

DA GarciaXimenes,nobiliſſimo e grande Capitano, dopo eſſerſi ritirato della profeſſione delle armi, a vivere Romito, ſtimolato da molti per liberare la Patria dal Giogo delli Mori, di nuovo ripigliò le Armi, e mentre accompagnava un' eſercito, levati gli occhi al Cielo, vidde il ſegno della S. Croce ſopra una Quercia, adorata da molti Angioli. Preſagì egli la vittoria da queſto ſpettacolo, onde armatoſi con tutti i Soldati del S.Segno della croce, debbellò i Mori, e fù chiamato Liberatore della Patria, e primo Rè di Navarra; che perciò nell'ann. 722. ſotto il Pontificato di Gregorio II. inſtituì un'ordine di Cavalieri, il ſegno delli quali era una croce gigliata di colore roſſo ſopra una Quercia, poſta in abito corto bianco, che era l' uſato in guerra come moſtraſi al num. 87. E con tale inſtituzione narrano gl'Autori, che nel Regno di Spagna reſtaſſe riſtorato l' ordine di S. Giorgio Conſtantiniano, e da quel tempo gode tutti i privilegii di eſſo, reſtando abolito quello delli Cavalieri della Quercia.

Eques S. Remigii

XCVIII.

Eques S. REMIGII.

POſtquam à Germanis victoriam retuliſſet Rex Clodovęus apud Remos a S.Remigio ejus Urbis Epiſcopo Chriſtianis ſacris initiatus fidem catholicam amplexus fuit anno 496. Et cum a S. Remigio, Epiſcopo Remenſi ſacro oleo inungi deberet, cœleſtis Aliger illum detulit in ampulla. Ut tale portentum memoriæ Poſterorum mandaret Clodovęus, ordinem Equitum inſtituit, quos ſacræ Ampullæ, ſeu S. Remigii nominavit circa annum 499. poſtquam in ſacro fonte baptiſmatis ablutus fuit. Quatuor ex hoc ordine delecti Antiſtitem ſacrum comitantur, cum ſacram Ampullam è cuſtodia accipit, ut Galliarum Reges tali oleo inungantur. In Emblemate, quod præferunt, duo ſtipites ramis & foliis orbati ſunt in formam crucis diſpoſiti, manus inſuper ampullam tenens cui imminet columba, Spiritum Sanctum indicans. Sicut numer.88. repræſentat. Advertendum tamen eſt cum Equite Juſtiniano his Equitibus ſeu Viris nobilibus ordinem militarem non conſtitui, ſed illos pluribus aliis antecellere ab ſuam dignitatem, qua ipſis tale munus commiſſum eſt.

XCVIII.

Cavaliere DI S. REMIGIO.

DOpo che il Rè Clodoveo riportò vittorioſo trionfo da Germani fu dal Cielo chiamato alla Fede Cattolica, e ricevè il S. Batteſimo da S.Remigio l' anno 496. e dovendo eſſere conſecrato Rè da S. Remigio Veſcovo di Rems, un Angelo portò dal Cielo un ampolla di oglio a detto fine. Da queſto memorabile miracolo preſe motivo Clodoveo d' inſtituire alcuni Cavalieri, detti della ſacra Ampolla ſotto il titolo di S. Remigio, e ciò accadde circa l'anno 499. dopo che ricevuto haveva il S. Batteſimo. Quattro di eſſi hanno per uffizio l' aſſiſtere al Veſcovo nella occaſione di levarę dal Tabernacolo la detta Ampolla, che ſerve ſolamente per ungere li Rè di Frãcia. L'inſegna da eſſi portata è una croce di due tronchi privi di foglie, ſopra della quale è ſcolpita una ãpolla, tenuta da una mano, e ſopra l' ampolla è una colomba indicante lo Spirito Santo, come moſtra il num.88. Si avverte però dal Cavaliere Giuſtiniani non poterſi dire eſſere queſti Cavalieri di ordine militare, ma graduati di tale onore, che hanno di aſſiſtere a quella ſacra e ſolenne funzione.

Eques Romanus antiquus

XCIX.
Eques Romanus Antiquus.

DUplex fuit Equitum genus apud Romanos. Alii fuerunt Equites, oppoſiti Peditibus in exercitu,& illi nihil ed Equeſtrem hunc ordinem pertinuerunt; Alii verò erant oppoſiti Senatoribus, & in Equeſtrē ordinem lecti a Cenſoribus. Populus enim Romanus a Romano Rege diviſus fuit in Patritios,& Plebeios,deinde ex Patritiis Senatorius &Equeſtris ordo ſecretus fuit.Cum autem omnesRomani tunica uterentur,pro indumento,factum eſt ut tunica ordines iſti diſtinguerentur; nam Senatores & Equites tunicam clavatam induerunt, plebs autem ſine clavis; clavata tunica fuit, quæ clavos purpureos intextos vel ſaltem aſſutos habuit, aut latos aut anguſtos. Clavos autem quaſi flores fuiſſe ait Roſinus, purpurę ſegmenta, ut ſunt capita clavorum rotunda, unde & nomen traxere, eaque in pectore ipſius tunicæ aſſuta, vel in tunica diſperſa contendit Ferrarius de re veſt. lib.3.cap.12. Licetus de an.cap.26. affirmat fuiſſe faſciam purpuream, quæ tunicam circumdabat,quæ ſi lata Senatorē indicabat, ſi anguſta Equitem. Plebejos verò ſimplex tunica tegebat. In ſuper Equiti annulus aureus aſſignabatur ſolidus, ideſt ſine gemma, ſicuti hodie calcar aureum.Nam referente Iſidoro lib.19 cap.32. Senatores gemmatos ferebant, Plebeii ferreos. Tunicæ Togam addebant, cujus autem formæ eſſet, non ita certum apud omnes. Toga dicebatur a tegendo, ut ait Nonnius, quòd totum corpus tegeret, cum tamen laxa eſſet & ampla, ſubcingebatur juxta aliquot Scriptores,alii tamen negant, probantque apud Ferrarium cingi non potuiſſe, cum totum corpus involueret; illam tamen geſtandi modum fuiſſe, quem togatæ ſtatuæ demonſtrant, ut dextrum bracchium exereretur, ſiniſtrum autem non poterat exeri, alioquin toga ex humeris prolapſa ad pedes decidiſſet, ſed ſub ipſa toga extenſum, extremam ipſius oram in rugas contractam ſubducebat ad pectus,læva manu extante, ut in Icone apparet,in qua cum annulus indici manus dextræ ſit inſertus, quæri hic poſſet de loco peculiari annulorum apud antiquos. Sed ut brevitati conſulamus, videndus erit Fortunius Licetus de Annalis cap. 59. Forma annuli apparet ſub num.69.

XCIX.
Cavaliere ROMANO Antico.

DI due ſorti furono i Cavalieri appreſſo i Romani; una conteneva i Soldati a Cavallo, oppoſti alli pedoni, e di queſt' ordine qui non ſi parla; l' altra conteneva le perſone ſcelte dell' ordine Patrizio e nobile dal quale ſi eleggevano anche i Senatori per Decreto di Romolo, e tutti ſi diſtinguevano dagli Huomini plebei. Ma perche à tutti era comune il veſtire di tonaca o veſte talare. Ciaſcuno di queſti ordini haveva nella Toga il ſuo diſtintivo. Quella dell' ordine plebeo era ſemplice, quella del Senatorio dicevaſi Clavata, ſicome anche quella dell'ordine Equeſtre, e con tal nome ſignificavaſi un ornamento di porpora, il quale era maggiore nella veſte ſenatoria, e minore nella Equeſtre. Di qual ſorte foſſe tale ornamento, varie ſono le opinioni degli Scrittori: alcuni dicono foſſe una faſcia,con cui era cinta; altri una fimbria nella eſtremità della Toga; altri riferiſcono foſſero ornamenti a guiſa di fiori, overo ritagli di porpora,tondi come teſte di chiodi, dalli quali era denominata. In oltre li Cavalieri ricevevano per inſegna un' anello di oro, ma ſenza gemma; poiche con gemma ſi portava dalli Senatori; ſicome di ferro l' uſavano li Plebei. Sopra la detta veſte, aggiungevano un' altra, detta Toga, che copriva tutto il corpo. Sono varie le opinioni circa la forma di eſſa, alcuni dicono, che foſſe cinta attorno i lombi, altri ciò negano; poiche eſſendo ampia, e cadente dal collo ſino a terra, ſarebbe ſtato impedito l'uſo delle mani, che perciò le ſtatue antiche dimoſtrano il braccio deſtro libero da eſſa, e il ſiniſtro impiegato nel ſoſtenerla, raccolta in piegature avanti il petto, come dimoſtra l' imagine qui addotta, e perche in eſſa appariſce l' anello diſegnato ſotto il num.89. inſerito nel dito indice della mano deſtra, ſi potrebbe cercare qual foſſe il luogo proprio degli Anelli appreſſo gli Antichi, ma dovendo noi eſſere brevi, ſi potrà vedere il Capo 19. del trattato erudito di Fortunio Liceto.

Eques S. Ruperti

Eques
S. R U P E R T I
in Ditione Salisburgenſi.

IN Civitate Salisburgenſi, Bavariæ Metropoli, Celſiſſimus Archiepiſcopus Jo: Erneſtus Thun, qui Princeps eſt Imperii, & Provinciæ Saliſburgenſis Dominus anno circiter 1703. Ordinem Egueſtrem fundavit ſub invocatione S. Ruperti, qui Bavariæ Apoſtolus dici meruit (ait Baronius in Mart.) cujus Equites ad arma ſuſcipienda contra Fidei hoſtes parati eſſent, & pro Salisburgenſis Eccleſiæ immunitate dimicarent. Duodecim primò Adoleſcentes, ex nobilibus ſtirpibus ortos, adſcripſit, inter quos duo Archiepiſcopi Nepotes numerabantur, & ſingulis torquem aureum donavit, a quo crux violaceo encauſto colorata dependebat, & in ejuſdem centro imago erat S. Ruperti, ſicut expreſſa videtur ſub num. 90. Commendas etiam plures de ſuo ære fundavit, ut iis tribuantur, qui ſpatio duodecim annorum militares labores ſuſtulerint; Qui autem ętatem ad pręliandum idoneam nondum expleverint, ſtatuit ut in Collegio vivant, in quo equeſtribus artibus exerceantur, & liberales etiam diſciplinas poſſint addiſcere. Hæc omnia referuntur in libro gallicè impreſſo anno 1705. cujus titulus eſt. Remarque Hiſtorique & Critique &c.

C.

Cavaliere
DI S. RUPERTO
nello Stato di Salisburgh.

NElla Città di Salisburg, Metropoli della Baviera, l'Arciveſcovo Gio: Erneſto di Thun, il quale è Prencipe dell' Imperio, e Signore della Provincia, inſtituì circa l'ann. 1703. un'ordine Equeſtre, ſotto l'invocazione di S. Ruperto, che fu Apoſtolo della Baviera, come afferma il Baronio; acciòche i Cavalieri, in eſſo aſcritti, foſſero pronti a prendere le Armi per la difeſa della Fede Cattolica, e dell' Arciveſcovato Salisburgenſe. Nella prima inſtituzione addottò in eſſo ordine dodici nobili Giovani, fra i quali furono due ſuoi nipoti, dando a ciaſcuno una collana d'oro, da cui pendeva una croce, ſmaltata di colore violaceo con in mezzo l' imagine di S. Ruperto, come ſi vede delineata ſotto il num. 90. Ha fondato anche l' iſteſſo Zelante Prelato alcune Commende, le quali saranno diſtribuite a quelli Cavalieri, i quali per lo ſpazio di dodici anni haveranno militato negli Eſerciti dell' Imperio; e perche non tutti gli aſcritti ſono in età di poterſi ſottomettere alle fatiche della guerra, ha fondato un Collegio, nel quale i Giovanni ſaranno alimentati, e inſtruiti per lo ſpazio di anni 12. in tutti gli eſercizii, propri e convenienti alli Cavalieri, e potranno anche apprendere le ſcienze dalli Maeſtri, a queſto fine ſtipendiati. Tutto ciò ſi riferiſce in un libro Franceſe ſtampato nel an. 1705. il di cui titolo è *Remarque hiſtorique & Critique &c.*

Eques S. Saluatoris in Aragonia

CI.

Eques
S. SALVATORIS
in Regno Aragoniæ.

ANno circiter 1118. Alphonſus I. Rex Aragoniæ, ut Mauros Cæſarauguſta, totaque Aragonia, facilius deturbaret, ex Proceribus, tam Hiſpanis quàm Gallis, qui operam ſuam ſæpiſſimè Chriſtifidelibus adjunxerunt, Sodalitium Equeſtre S. Salvatoris in Urbe Montis-Regalis conſtituit, & ad imitationem militum Templariorum cenſu opimo & prædiis dotavit, quod ita feliciter accidit, ut Mauri omnes toto illo tractu, quo Regnum Aragoniæ hodie circumſcribitur, anno 1120. extirpati fuerint, ipſeque Rex nomen pugnacis, ſeu Præliatoris acquiſiverit, quia vicies & novies collatis ſignis, manus conſeruiſſe fertur felici ſemper cum triumpho, exceptis duobus pręliis poſterioribus. P. Andreas Mendo, & alii aſſeruere hos Equites, veſte alba indutos inceſſiſſe, cum imagine Salvatoris in pectore affixa. Juſtinianus tamen pro certo refert, crucem rubram fuiſſe ejus formæ ſub num. 91. indicatæ. Vota profitebantur, ideſt Caſtitatem conjugalem, obedientiam ſupremo ordinis capiti, & defenſionem pro fide. Sed proceſſu temporis hic ordo penitus defecit.

CI.

Cavaliere
DI S. SALVATORE
in Aragona.

VOlendo Alfonſo I. Rè di Aragona, ſcacciare dal Regno li Mori, inſtituì nell'ann. 1118. in Monreale un' ordine di nobili Cavalieri, ſcelti dalla Nazione Spagnuola e Franceſe, il valore de quali haveva ſpeſſe volte eſperimentato, e gli diede la Denominazione di S. Salvatore. Dotò queſt' ordine di molte Commende ad imitazione dell' ordine delli Templarii, e in breve conſeguì il fine; poiche nell' anno 1120. furono da tutto il Regno ſcacciati li Barbari, che lo infeſtavano; e il Rè fu chiamato il Bellicoſo; poiche combattendo egli ſteſſo in ventinove battaglie, toltene due, reſtò vittorioſo. Riferiſce il Mendo con altri Scrittori, eſſere ſtati queſti Cavalieri veſtiti di bianco con l' imagine del Salvatore nel petto. Ma il Giuſtiniani afferma, che haveſſero una croce bianca della forma indicata da noi ſotto il num. 91. Profeſſavano con Voto Caſtità coniugale, obedienza al gran Maeſtro dell'ordine, e di difendere la Fede Cattolica. Ma con il tempo, conforme alle coſe humane, ſi eſtinſe affatto queſt' ordine.

Cc

Eques Squamæ appellatus

CII.

Eques

S Q U A M Æ

EXcitavit Joannes II. Caſtellæ Rex, ordinem Equitum, dictum *de la ſcama*; cujus inſigne, aut quid eſſet *la ſcama* curiosè ſe indagaſſe, nec reperire potuiſſe rationem teſtatus eſt Hieronymus Romanus, uti refert Mennenius pag. 50. P. Andreas Mendo hunc ordinem *Squammæ* appellat pag. 18. cujus inſtitutorem ignorari affirmat. Aliqui ſuſpicantur fuiſſe Regem Joannem II. circa annum 1420. ut Regni Proceres alliceret ad pugnandum contra Mauros. Inſigne ſupra Togam candidam affirmat fuiſſe crucem cæruleam ex ſquammis compoſitam, ut ſub num. 92. Vita poſtea defuncto Rege, qui hunc ordinem ſemper promoverat, ordo etiam omnino defecit.

CII.

Cavaliere

DELLA SCAMA.

FU inventato queſt'ordine con titolo di Scama, e Girolamo Romano confeſſa non havere potuto indegare nè la Ragione, nè qual coſa ſi daſſe ad intendere con tale parola. Il P. Mendo lo chiamò della Squama, e dice non saperſi l'Autore. Altri ſcriſſero foſſe Giovanni II. Rè di Caſtiglia circa l'anno 1420. per indurre i Nobili del Regno a prendere le Armi contro i Mori. Dicono che l'inſegna di eſſi foſſe una croce roſſa, compoſta di Squamme, come apparisce ſotto il num. 92. portata ſopra toga bianca. Fiorí queſt'ordine vivente il Rè, ma eſſendo queſti morto, mancorono anche li detti Cavalieri.

Eques Sanguinis Jesu Christi Mantuæ

CIII.

Eques SS. SANGUINIS CHRISTI apud Mantuanos.

VIncentius Gonzaga, Mantuæ Dux IV. in nuptiis filii ſui Franciſci cum Margarita Sabauda an. 1608 celebratis, Religionis Orthodoxæ tuendæ ſtudio illuſtre Collegium viginti Equitum inſtituit, Paulo V. approbante, in honorem Sacroſancti Sanguinis Redemptoris Jeſu Chriſti, cujus aliquot guttulæ a S. Longino collectæ (ut traditum eſt) Mantuæ in Baſilica S. Andreæ magna religione conſervantur. Harum guttularum numero ternario expreſſarum notas cum inſcriptione *Nihil iſto triſte recepto* ordinis teſſeram conſtituit; baltheo ex virgulis aureis connexis aureo ligamine, ignique ſuperimpoſitis, alternatim interpoſita ſententia, ex Pſalmo Davidico 60. deſumpta, *Domine probaſti* adjunxit. Quo quidem ſymbolo infractū rebus adverſis animum & concordiam inviolabiliter ſervandam commilitonibus propoſuit juxta illud Ovidii

Scilicet, ut fulvum ſpectatur in ignibus aurū
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

Ex torque numiſma pendebat, in quo ampulla cum tribus ſanguinis guttis exprimebatur, ut indicat num. 93. Sibi & Equitibus veſtem præſcripſit, in ſolemnibus actionibus præferendā, ideſt chlamydem ex ſerico raſo purpureo, albo circumtecto in parte interna, cum manicis ampliſſimis, ejus fimbrias exornatas virgulis aureis igni ſuperimpoſitis, ut in torque. Collo colligabatur funiculo aureo & ſerico, ſub ea indumentum erat ex ſerico, argento auroque contexto, Tibialia caligæ & calceamenta purpurea, quæ omnia oſtendit imago hic poſita.

CIII.

Cavaliere del S. SANGUE DI GIESU CHRISTO in Mantua.

NEll' anno 1608. eſſendoſi ſpoſato con Margarita di Savoja Franceſco Gonzaga, il ſuo Padre Vincenzo, Duca IV. di Mantua, inſtituì un Collegio di venti Cavalieri con l' approvazione di Pavolo V. in onore del Santiſſimo Sangue del Salvatore, alcune goccie del quale, raccolte, come ſi ha per tradizione, dal S. Longino, ſono conſervate in Mantua nella Chieſa di S. Andrea. L'inſegna di eſſi fu una collana, in cui erano eſpreſſe verghe di oro poſte nel crocciuolo ſopra le fiamme, e alternativamente il motto preſo dal Salmo *Domine probaſti*. Da eſſa pendeva una medaglia, in cui ſi rappreſentavano tre goccie del Santiſſimo Sangue, aggiuntovi il motto *Nihil iſto triſte recepto*, come indica il num. 93. Volle con ciò ſignificare doverſi ſempre mantenere la concordia anche nelle coſe avverſe, conforme al detto di Ovidio.

Scilicet, ut fulvum ſpectatur in ignibus aurū
Tempore ſic duro, eſt inſpicienda fides.

Fu preſcritto l'abito da uſarſi nelle ſolennità; cioè un manto di raſo cremiſino, foderato di bianco, con maniche larghe, orlato di ricamo in modo, che foſſero eſpreſſi i crocciuoli come nella collana, il veſtito interiore era teſſuto di ſeta oro e argento, li calzoni calzette, e ſcarpe erano di colore roſſo, come ſi vede nella imagine.

Eques Spicæ

CIV.
Eques
S P I C Æ
apud Armoricos.

FRanciſcus Primus hujus nominis Armoricæ Dux pro certo habens æquum eſſe homines virtute præſtantes honore affici, ſicut ignominioſos puniri debere, novum Spicæ ſeu Ariſtę ordinem militarem anno circiter 1450 inchoavit, cujus candidatos donavit torque aureo ita concinnato, ut ex ſpicis frumenti, in modum crucis diſpoſitis, & nodos, quos ab Amoribus vocant, conficientibus, ſpiceam coronam referre videretur, cui præterea mus alpinus candidus (quem Armellinum vocamus) colliculo viridi impoſitus duabus catenulis aureis adhæreret, addito gallico Emblemate *A ma vie* quod idem eſt ac *potius mori*, generoſum utique ſinceri animi exemplar. Eſt enim hoc Animal ob candidas pelles gallorum Principum ornamentum, adeo puritatis amans, ut teſte Plinio, cum foveæ oſtium cœno illitum conſpicit, ſe potius a venatoribus capi patiatur, quàm eo fœdari malit. Aſſerit Juſtinianus hunc ordinem inſtitutum fuiſſe ob venerationem erga S. Euchariſtiam; Equitibus enim Franciſcus præſcripſit frumenti culturam, ex quo deinceps Sacer panis conficiendus erat. Veſtem ex ſerico, cui *Damaſco* nomen eſt, candidam fuiſſe referunt, cujus pars interna ſerico purpureo tegebatur. Cæterum inſigne Equitum erat crux aurea, quam quatuor ſpicæ frumenti efformabant ut apparet ſub numer. 94.

CIV.
Cavaliere
DELLA SPIGA.

ESſendo perſuaſo Franceſco Primo Duca di Bretagna, che ſi come conveniva punirę i rei, così dovevaſi premiare li virtuoſi, inſtituì nell' anno 1450. un' ordine di Cavalieri, nominati della Spiga; poiche diede loro per inſegna una collana d'oro, formata da ſpighe di grano, diſpoſte in modo di croci, e da eſſa pendeva l' imagine di un bianco Armellino, attaccata con due catenelle di oro, aggiuntovi il motto in Franceſe ſignificante un' animo generoſo *A ma vie*; cioè più toſto morire. E queſto animale per la bianchezza della ſua pelle ſingolare ornamento delli Prencipi di Francia, e ſi amante della purità, che al riferire di Plinio piu toſto reſta preda delli Cacciatori, che eleggere la fuga ſopra del fango, per timore d' imbrattarſi. Il Giuſtiniani riferiſce eſſere ſtato inſtituito queſt'ordine in onore del Santiſſimo Sacramento dell' Altare, e che a tali Cavalieri era preſcritta la cultura del grano, del quale ſi dovevano fabricare le oſtie da conſagrarſi. La veſte di eſſi era di Damaſco bianco, foderato di roſſo, ſopra cui era l' inſegna dell' ordine, formata da 4. ſpighe di grano d' oro, diſpoſte in forma di croce, come moſtra il num. 94.

Eques S. Sepulchri Hierosolymæ

CV.
Eques S. SEPULCHRI in Regno Hieroſolymitano.

POſtquam Canonicis S. Auguſtini S. Sepulchri cuſtodia demandata fuit, Saracenis interim,qui Paleſtinam afflixerunt, tributo annuo perſoluto, auſpiciis Godefredi Bullionei & Balduini fratris, his vinculis liberati fuere, ac ipſis milites ſuos ſubjecerunt,ut S. Sepulchri cuſtodes eſſent; atque eorum virtute multa Chriſtianorum Regna recuperata fuerunt, Chriſtiano nomine ubique propagato, & Religio, a Barbaris oppreſſa, reſtaurata refloruit. Verum diſtractis Chriſtianorum animis, ceſſit bellicoſorum ſodalium deſtituta virtus, & in Italiam ſecedentes, Peruſiæ Sedem conſtituerunt, ſed eorum multi ex voluntate Innoc.VIII. in Societatem Rhodiorum Equitum adſciti fuerunt, alii ad propria remearunt. Hujus militiæ fuſius meminit Innocentius III.cap.*Interdictus deDonat.* Tenebantur ejus ordinis candidati Infidelibus arma inferre; captivos redimere; preces & horas S.Crucis quotidie recitare; & quinque cruces rubras in honorem quinque plagarum D. N. Jeſu Chriſti ſupra pallium deferre, uti apparent ſub nu.95. Regulæ ſive Conſtitutiones à Carolo Magno, Ludovico Pio,& Ludovico Sancto,Galliarum Regibus, & præcipuè a Godefrido Bullioneo, præcipuo ordinis inſtauratore illis præſcriptæ fuere. Nunc verò S. Sepulchrum cuſtoditur a Fratribus Minoribus diſcalceatis S. Franciſci, atque eorum Superiores ex privilegio Summorum Pontificum inſignia talis ordinis advenis conferunt, quæ tamen pietatem tantùm & Devotionem indicant.

CV.
Cavaliere DEL S. SEPOLCRO in Geruſalemme.

DOpo che furono introdotti in Geruſalemme li Canonici Regolari dell' ordine di S. Agoſtino, hebbero la cura del S.Sepolcro, con il peſo di pagare un' annuo tributo alli Turchi, dalli quali era infeſtata la Paleſtina. Viſſero per molti anni in tale ſoggezione, ma poi furono poſti in libertà da Goffredo Buglione, e Balduino ſuo Fratello, li quali alli Canonici regolari unirono una milizia di Cavalieri; l' offizio de quali era il cuſtodire quel ſacro depoſito. Ricuperarono queſti con il loro valore molti luoghi della Paleſtina, oppreſſa dalli Barbari; ma prevalendo di nuovo la forza di queſti, detti Cavalieri fuggirono in Italia, e ſi fermarono in Perugia, ma molti con facoltà di Papa Innoc.VIII. ſi unirono alli Cavalieri di Rodi,e molti ritornarono a vivere nelle caſe proprie. Di queſt'ordine fece menzione Innoc. III. nel cap.*Interdictus de Donat.* L'obbligo di eſſi era prendere le Armi contro gl'Infedeli; riſcattare li Schiavi; recitare ogni giorno l'offizio della S. Croce; e portare ſopra il mantello cinque croci roſſe in memoria delle cinq; piaghe, diſpoſte come moſtra il nu.95. Le Regole furono ſtabilite da Carlo Magno, Lodovico Pio e Lodovico il Santo Rè di Francia,e riſtorate da Goffredo Buglione. Hora il S. Sepolcro è cuſtodito dalli Padri Minori di S. Franc. detti della Oſſervanza,li Superiori delli quali per privilegio delli SommiPontefici conferiſcono alli Devoti l' inſegna delli ſopradetti Cavalieri.

Eques S. Sepulchri in Anglia

CVI.

Eques

S. SEPULCHRI

in Anglia.

NOn minus pietas, quàm Cattholica Religio emicuit in Henrico II. Angliæ Rege, ob quas Terræ Sanctæ loca venerari decrevit. At cum ibi Sanctiſſimi Salvatoris Sepulchrum ab Infidelibus cuſtodiri conſpiceret, mærore affectus hoc Chriſtianorum opprobrium deploravit. Solamen inde recepit ob pietatem Religioſorum militum, qui hieroſolymę commorantes, a S. Sepulchro denominabatur; Cum autem in Angliā remeaſſet, ſimiliū Equitum ordinem inſtituere decrevit; quamobrem circa annum 1174. aut 77. juxta aliquorum relationem, ſedente Alexandro III. Pont. Max. eos conſcripſit, & cruce inſignivit coloris viridis, ſub num. 96. a nobis expreſſa. Illis eandem regulam militum Hieroſolymitanorum præſcripſit, & multa bona contulit. Inter regulas præcipua erat, qua ſinguli tenebantur duos annos in Urbe Hieroſolymitana commorari, ut cuſtodiæ S. Sepulchri vacarent. Eorum Inſtitutum approbavit Alexander III. ſub Regula S. Baſilii. Diu floruerunt hujuſmodi Equites, ſed deficiente in Regno Angliæ Fide Catholica, Religionis aſſeclæ pariter defecerunt, paucis exceptis, qui ordini Equitum Melitenſium fuerunt adſcripti, An veſte peculiari uterentur, Authores non referunt.

CVI.

Cavaliere

DEL S. SEPOLCRO

in Inghilterra.

RIſplendè in Enrico II. Rè d' Inghilterra al pari la Pietà, e la Religione Chriſtiana, che perciò moſſo da divozione volle viſitare i Luoghi di Terra Santa, e nel capitarvi reſtò maravigliato, vedendo tenerſi la cuſtodia del S. Sepolcro dagl'Infedeli, ſe bene ſi conſolò nel riconoſcere non eſtinto l' ordine delli Cavalieri, detti del S. Sepolcro, e la divozione delli medeſimi. Quindi tornato in Inghilterra volle inſtituire un'ordine con la medeſima denominazione; onde l' anno 1174. overo 77. come alcuni ſcriſſero, nel Pontificato di Papa Aleſſandro III. inſtituì un' ordine Equeſtre di Giesù Chriſto, e del S. Sepolcro, ornando i Cavalieri con la croce di color verde della forma eſpreſſa ſotto il numer. 96. Diede a queſti Cavalieri lo ſteſſo inſtituto di quelli del S. Sepolcro, e arrichì l'ordine di molte commende. Havevano obbligo di fare due anni di Noviziato in Geruſalemme, aſſiſtendo al S. Sepolcro. Papa Aleſſandro III. approvò queſta milizia ſotto la Regola di S. Baſilio, ſvanì poi quando mancò in Inghilterra la Religione Cattolica, e li Cavalieri Cattolici reſtorono uniti alla Religione di Malta. Se haveſſero abito particolare non ſi riferiſce dalli Scrittori.

Eques Ordinis Seraphinorum

CVII.

Eques

SERAPHINORUM

in Regno Sveciæ.

REges,& Principes Gothorum curam ſemper habuere memoriæ Poſterorum tradendæ nobilis famæ, & bellicæ claritatis. Quamobrem exemplo aliorum Principum orbis Chriſtiani militares ordines inſtituerunt, aſſampto aliquo Chriſtiano ſymbolo, quo alter ab altero dignoſceretur. Unus fuit, Seraphinorum dictus, qui decorabatur torque,compoſito ab imaginibus cœleſtium Seraphinorum, & cruce patriarchali, illius inſtar, quæ Regibus Hungariæ a Summis Pontificibus in Regiis inſignibus attributa fuit, ut ſub num.97. Cruces fuiſſe rubras, Seraphinorum autem Icones aureas retulit Elias Aſmole.A quo nã inſtitutus fuerit talis ordo tacentAuthores pene omnes. In collectione Equeſtrium Ordinum,impreſſa Pariſis anno 1671. dicitur fuiſſe Magnus IV.Speciȩ Rex. Juſtinianus tamen deduxit a ſupputatione temporum fuiſſe Magnum III. Finis hujus militiæ fuit defenſio Fidei Catholicæ, ejuſque propagatio.Eidem ordini alium adnectunt Scriptores, quem vocant Gladiferorũ; pro teſſera enim gladios aureos inter ſe conjunctos habebant.

CVII.

Cavaliere

DELLI SERAFINI

nel Regno di Svezia.

FU ſempre appreſſo li Rè Goti l'inclinazione di eternare il loro nome, e la gloria militare; onde a ſimilitudine degli altri Rè, e Prencipi Chriſtiani inſtituirono Ordini Equeſtri, tra li quali non fu l' infimo quello, detto delli Seraſini, poiche per contraſegno haveva una collana, compoſta di teſte d'Angioli alati, e croci patriarchali,ſimili a quella uſata per cõceſſione delli Sommi Pontefici dalli Rè d'Ungheria: viene quella dimoſtrata dal numer. 97. Elia Aſmole riferiſce, che le croci erano di colore roſſo, e le imagini delli Serafini d' oro. Ma non ſi riferiſce da alcuno chi ne foſſe l'Autore.Nella raccolta però degli ordini Equeſtri, impreſſa in Parigi nel 1671. ſi dice eſſere ſtato il Rè Magno IV. il Giuſtiniani calcolando i tempi deduſſe eſſere ſtato Magno III. Havevano per ſcopo tali Cavalieri il difendere la Fede Cattolica, e propagarla. Dicono alcuni che a queſto medeſimo ordine ne foſſe aggiunto un'altro,detto delle Spade,perche havevano detti Cavalieri per inſegna due ſpade d' oro, poſte in croce.

Eques dictus Silentij

CVIII.

Eques dictus SILENTII.

EO tempore, quo è Familia Luſignana Cypri Reges dominabantur in ea inſula, anno a partu Virginis 1195. ut multi tradunt, initium habuit nobiliſſima Equitum militia ſub Regula S. Baſilii, Cypri nomine nuncupata, cujus ſtudia in catholica Fide ſervanda impendebantur. Illi pro inſigne fuit Baltheus, aureis litteris S exornatus, intercurrentibus laciniis aureis, a quibus inferne pendebat gladius, lamina argentea, & capulo aureo inſignitus & in girum circumplexum ſymbolum, in quo Gallicè ſcriptum *Pro Fide ſervanda* ac ſi Conditor illius innuere vellet, nullum inter commilitones generoſi animi munus prætermittendum eſſe, adeoque gladio vindicandum; Littera autem, S. quæ Silentii apud Romanos nota fuit, ſecretum Societatis, & amicitiæ, individuamque pro patriæ defenſione Societatem denotari. Tali autem baltheo, quem expreſſimus ſub num. 98. exornata viſuntur gentilitia Luſinianorum Arma. Vide Stephanum Luſinianum, qui ſexaginta ſeptem familiarum, e ſtirpe Luſiniana deſcendentium, genealogiam concinnavit. Aliqui referunt apud Juſtinianum fuiſſe addita præter S. Littera R. ad ſignificandum ſilentium Regum. Floruit hic nobiliſſimus ordo multorum annorum ſpatio, ſed expugnata inſula a Turcis, omnino defecit. His equitibus veſtis peculiaris præſcripta non fuit, ſed tantùm arma gerebant in pugna, ſemper autem torquem aureum, de quo diximus.

CVIII.

Cavaliere DI CIPRO detto del SILENZIO.

NElli tempi, nelli quali ſi poſſedeva con titolo di Rè l'Iſola di Cipro dalla nobiliſſima Famiglia Luſignana, ſi riferiſce dagl' Iſtorici, che ivi foſſe inſtituito un' ordine di Cavalieri ſotto la Regola di S. Baſilio; benche non tutti convengono nell'aſſegnare il tempo della fondazione, la quale al riferire di alcuni fu nell'anno 1195. L' inſtituto di tale ordine era di prendere le armi contro gl' inſulti delli Turchi, e difendere la Fede Cattolica. L'inſegna data a queſti Cavalieri fu una collana d' oro formata da molti S. aſſieme concatenati, e nel mezzo pendeva una ſpada d' argento con il manico d' oro, ſopra della quale raggiravaſi una ſimile lettera S che haveva queſta inſcrizione *Pro Fide ſervanda*, come appariſce nelle noſtre diviſe al nu. 98. Altri ſcriſſero che nel mezzo era un'altra lettera R. e volle il Fondatore dare ad intendere, che tutti dovevano prendere la ſpada per combattere, e con la lettera S. ſimbolo appreſſo gli Antichi del Silenzio, s' inſegnava doverſi mantenere ſecreto negli affari di Stato con il ſilenzio rigoroſo. Con tale diviſa ſi vede fregiata l' arme della famiglia Luſignana. Fiorì per molti anni queſto nobiliſſimo ordine, ma eſpugnata l' Iſola dalli Turchi, reſtò affatto eſtinto. Non era preſcritto abito proprio, onde ſi rappreſenta un Cavaliere armato e ornato con la collana deſcritta.

Eques Spiritus Sancti in Gallijs

CIX.

Eques SPIRITUS SANCTI in Gallia.

HEnricus III. Galliarum Rex, an. 1579. juxta aliquos Scriptores obſoleſcente conchyliato ordine Equitum, ob venerationem erga Divinum Spiritum, cujus feſto die coronam adeptus fuerat, novum Collegium, Spiritus Sancti nuncupatū, inſtituit, in quo centenarius numerus adſcriptorum comprehendebatur, & ex præcipuis Galliæ magnatibus ſelectus. Deinde apud Pontificem per oratores ſuos egit, ut Cœnobiorum bona commendis attribui pateretur; nam talis ordo ad Religionis Catholicæ amplificationē, & Hæreſum extirpationem inſtitutus erat; Singulis Equitibus pallium nigrum oloſericum liliorum floribus, flammis circumdatis, quibus Henricus IV. caſſides, aliaque trophæa addidit, cum nota H. quæ deinde mutata fuit in L. quibus nomina Regum indicantur. Ei Melitenſis formæ crux cœrulea aurea circumdata columbam præferens adhæret, quam ſolemni die inaugurationis Equites præferunt, cæteris verò diebus crocci coloris crucem oloſericam veſtibus aſſutam, alia inſuper, cæruleę faſcię ab humero dextro ad latus ſiniſtrum pendenti eſt affixa. Veſtis eſt Pallium, quod imago demonſtrat ex ſerico villoſo nigro flammulis aureis exornato, ſub eo indumentum eſt ex ſerico albo, ſicuti tibialia & calcei. Caput contegitur Bireto ex ſerico villoſo plumis exornato. Torquem indicat num. 99.

CIX.

Cavaliere dello SPIRITO SANTO in Francia.

NEl 1579. ſecondo alcuni Scrittori Henrico III. per la venerazione, che haveva verſo lo Spirito Santo, nella di cui feſta era ſtato coronato Rè di Francia, inſtituì l'ordine de Cavalieri, nominati dello Spirito Santo, compoſto di cento nobili delle primarie famiglie della Francia; e ottenne da Sommi Pontefici di potere formare commende con alcuni beni di Monaſteri Religioſi, a favore di eſſi, li quali erano inſtituiti a fine di eſtirpare l' Ereſie, e di ciò facevano giuramento. A ciaſcuno di eſſi preſcriſſe un Manto nero di ſeta, tutto ricamato di gigli e fiammelle, e altri ornamenti di reale Maeſtà. In oltre una collana d'oro formata da gigli circondati di fiamme, a cui Enrico IV. aggiunſe altri ornamenti d'Armi e trofei, da eſſa pendeva una croce nella figura ſimile a quella di Malta, ma di colore turchino, orlata di oro, ſopra cui era ſcolpita una colomba. Queſta ſi porta dalli Cavalieri nelle funzioni ſolenni. Negl'altri giorni portano una croce di ſeta turchina affiſſa alle veſti, e un'altra d'oro affiſſa ad una banda di ſeta turchina, la quale pende dalla ſpalla deſtra verſo il fianco ſiniſtro. Nella ſopradetta collana era collocata tra li gigli la lettera H, la quale poi fu mutata in L, dalle quali ſono indicati li nomi delli Rè Henrico e Lodovico. Si è delineata la medeſima ſotto il nu 99. La veſte ſi eſprime nella imagine eſpoſta, la quale è di velluto nero ornato come ſi è detto. Sotto queſta clamide l'abito è di ſeta bianca, ſiccome bianche ſono le calze, e le ſcarpe.



Eques Stellæ in Gallia

CX.

Eques
S T E L L Æ
in Regno Galliæ.

JOannes Valeſius, Gallorum Rex Quinquageſimus prælio Pictavienſi, & Regni calamitate notiſſimus, Equitum Sodalitium an. 1352 auſpicatus eſt ſub denominatione Stellæ, quamvis ſodales dicti fuerint B. Virginis de nobili Domo D. Audoeni, ita enim vocabatur Caſtrum illud, parum ab Urbe Pariſienſi diſtans, ubi ſedes primaria ordinis conſtituta fuerat; Equitibus ejus ordinis ſignum Stellæ, torqui aureo apenſum, ſeu togæ capitio, locove conſpicuo præferre ſtatutũ fuit addito ſymbolo *Monſtrant Regibus aſtra viam*. Dicatus fuit hic ordo tribus Regibus Magis, erga quos Inſtitutor venerationem profitebatur. At multitudine gregariorum cum vileſcere paulatim cœpiſſet, & Carolus Joannis Filius Palatii cuſtodibus ſignum illud deferendum tradidiſſet, in ejus locum D. Michaelis ordo, quem Gallia cuſtodem imperii ſui agnoſcit, ſuffectus fuit. Inſigne apparet ſub num. 100.

CX.

Cavaliere della
S T E L L A.

GIovanni Valleſio cinquanteſimo Rè di Francia, notiſſimo per la guerra di Poitiers, e per le calamità patite nel Regno, nell'anno 1352. diede principio ad un' ordine militare, e furono chiamati i Cavalieri della Stella, e anche della B. Vergine della nobile caſa detta Sant Oven, preſso Parigi, ove fu poſta la prima reſidenza dell'ordine. Fu determinato che detti Cavalieri haveſſero per inſegna una Stella, appeſa ad una collana d'oro, o pure al cappuccio della Toga, o altro luogo conſpicuo, aggiuntovi l'emblema *Monſtrant Regibus Aſtra Viam*. Altri dicono foſſe fatta in forma di cometa in mezzo a quattro lettere principii delle parole ſopradette M. R. A.V. come habbiamo delineato ſotto il n.100 Fu dedicato queſt' ordine alli tre Rè Magi, verſo i quali l' Inſtitutore profeſſava particolare venerazione. Con il decorſo del tempo cominciò ad oſcurarſi lo ſplendore di eſſo, perche venivano aſcritti molti di ordinaria condizione, e perche Carlo, figliuolo di Giovanni, haveva ordinato, che tal ſegno foſſe portato da ſoldati della Guardia del Rè, reſtò abolito, e in luogo di eſſo fu inſtituito il nobiliſſimo ordine di S. Michele, Protettore inſigne della Francia.

Eques Stellæ in Sicilia

CXI.

Eques
S T E L L Æ
in Sicilia.

A Murathes, Turcarum Rays Syracuſas, Apuliam, Siculamque oram latrociniis incendiiſque, quibus toto orbe celebrem ſe fecit, deformaverat. Archipiratæ audaciam non aliunde, quàm ab incuria, & ignavia littoralium Præfectorum, Indigenarumq; nobilium, qui arti inſtitoriæ gnavius dabant operam, quàm rei militari, longè illi degeneres à Tancredo, aliiſque apulis ſiculiſque Principibus. Ergo ubi tandem compertum fuit, nonniſi à vecordia Chriſtianorum talia audere latrones, illos, Marchio de Tyrace, ſpectatæ fortitudinis hæros, ut Andegavenſium Principum præclara inſtituta renovaret, & Turcarum impetus retunderet, novum equeſtrem Ordinem & ſignum militare apud Siculos invexit, cui non pauci nobilitatis Primates nomen dedere, in quibus inflammandis certaminum tyrocinia decrevit, in quibus ludicra pugna veram pro Chriſto & Patria committere addiſcerent. Inſigne eorum ſtella fuit, quam aliqui ſcripſerunt fuiſſe in centro crucis, ut apparet ſub nu. 101. De his ſcripſit Rodulphus Boterus in ſua hiſtoria ad an. 1595.

CXI.

Cavaliere
D E L L A S T E L L A
in Sicilia.

HAveva Amurate Turco devaſtato con le ſue ſcorrerie Siracuſa, e molti luoghi della Puglia e della Sicilia, e ſi era reſo famoſo con le ſue prede in tutti i lidi di ambedne i Regni, e ſempre più ſi rendeva ardito per la pigrizia, e traſcuraggine delli Governatori, e delli Nobili, dalli quali più ſi attendeva all' ozio e paſſatempi, che a difendere le loro patrie, degenerando dagli Antichi Prencipi, e celebri Capitani. Ciò conoſcendo il Marcheſe di Tirace, huomo di glorioſa memoria, riſolvè di opporſi a tali inſulti con tutte le forze; onde ereſſe un' ordine di nobili Cavalieri, rinovando quello già inſtituito da Renato Duca di Angiò con la denominazione della Stella d' oro; e perche tutti gli aſcritti, particolarmente li Giovani ſi rendeſſero pronti alle difeſe, inſtituì diverſe Gioſtre e Tornei, nelli quali ſi eſercitavano, e nelle finte battaglie imparavano il modo vero di guerreggiare contro gl' inimici della Fede Chriſtiana. La loro inſegna era una Stella d'oro, pendente dal petto, la quale, ſecondo la relazione di alcuni, riſplendeva nel centro di una croce, ſimile a quella di Malta, come noi habbiamo eſpreſſo ſotto il num. 101. Di eſſi fece menzione Ridolpho Botero nella ſua Iſtoria all' anno 1595.

Eques S. Stephani

CXII.

Equss S. STEPHANI in Etruria.

COſmus Mediceus, Magnus Etruriæ Dux, ut littus Tyrrhenum a Turcis & Piratis tueretur, claſſem inſtituit anno 1560.& ordinem Equitum ad imitationem militiæ Hieroſolymitanæ, quam S. Stephani Pontificis & Martiris vocavit, ob inſignem victoriam anno 1554. relatam die, eidem S. Martyri ſacro, legibus quibuſdam ſtatutis,& à Franciſco Sanſovino relatis. Illum Pius IV. confirmavit,& privilegia eidem indulſit,& inter alia,ut conjugatis penſiones aliquas ex ſacerdotiis perciperent,& ad alios ſaros Viros transferre poſſent; Hujus militiæ Principatum ſumpſit Coſmus, quem alii Magni Duces retinuerunt. Templum, & domicilium Piſis huic ordini tributum fuit, & pro inſigni Crux rubra cruci Melitenſium Equitum forma non diſſimilis, & præterea funiculo aureo circumdata. Sunt in eo Sacerdotes & inſervientes, vocati Donati. At hi crucem non quadrimembrem ſed trimembrem præferunt, ſuperiore ſtipite ablato, utraq; ſub n.102.apparet. Vivunt ſub Regula S.Benedicti, & caſtitatem coniugalem profitentur. In ſolemnibus actionibus veſte utuntur talari,ut Monachi, alba lanea,rubro & duplici ſerico funiculo ſub collo unita floccis rubris terminato, qui collo impoſitus erga pectus dependet, pars interior cucullæ rubra ſerica tela exornatur, quæ apparet in manicis ſupra bracchia revolutis ut apparet in imagine. Sacerdotes ſupra veſtem albam rochettum addunt,&almutiā albā,cruce inſignitā. Famuli utuntur lanea alba cū manicis anguſtis & cruce truncata. Cum pugnam agunt,Equites utuntur veſte alba brevi cu m cruce pectori affixa.

CXII.

Cavaliere di S. STEFANO in Toſcana.

ACcioche li Lidi di Toſcana reſtaſſero difeſi dalle Invaſioni delli Turchi,Coſmo Medici, Gran Duca di eſſa,nel 1560.inſtituì un'ordine di Cavalieri ad imitazione di quelli di Malta, e li chiamò di S.Stefano Papa, per mantenere viva la memoria della vittoria inſigne,riportata nel 1554.nel giorno al S.Martire dedicato.Fu confermato queſt'ordine da Papa Pio IV.dotandolo di moltiPrivilegi,trà i quali è che poſſono iCavalieri prender moglie,godere e transferire penſioni Eccleſiaſtiche.Volle eſſere Gran Maeſtro dell'ordine il medeſimo Gran Duca, dignità poi goduta dalli di lui Succeſſori. La primaria Reſidenza fu fondata in Piſa, e per inſegna fu preſcritta una croce roſſa, ſimile nella forma à quella della Religione di Malta, ma orlata d'oro, diſegnata al num. 102. In tale ordine ſono anche Sacerdoti, in terzo luogo ſono ſerventi, detti Donati;queſti però portano la croce non intiera, ma priva della parte ſuperiore, come ſi vede al n.iſteſſo.Vivono ſotto la Reg.di S. Benedetto.Nelle funzioni ſolenni veſtono tonaca talare bianca di lana, ſimile a quella delli Monaci,unita ſotto il collo da due cordoni di ſeta roſſa terminati con fiocchi. La parte interiore è foderata di taffettano roſſo, il quale appariſce quando le maniche ſono rivoltate ſopra le braccia, come ſi dimoſtra dalla figura. Li Sacerdoti ſopra la veſte bianca aggiungono il Rocchetto, e l'Almuzia bianca, fregiata con la croce. Li Serventi hanno una veſte corta e maniche ſtrette.Quando ſono in guerra, li Cavalieri hanno una veſte corta bianca con la croce roſſa nel petto, come li Cavalieri di Malta.

Eques Stolę Venetijs

CXIII.

Eques

S T O L Æ.

STola, quæ ex græca voce talarem veſtem, ſive apud Eccleſiaſticos Sacerdotalem ſtolam denotat, quæ à collo pendens ferri ſolet, alluſive verò exprimit funem, qua Chriſtus Dominus alligatus fuit, & Crucem ejuſdem, ac propterea in modum Crucis ante pectus defertur. Hæc igitur veſtis, uſque ad talos demiſſa, apud antiquas fœminas inſigne erat nobilitatis. Decurſu poſtea temporis in faſciam commutata fuit, ejuſque uſus communis erat Senatoribus tantùm & Conſulibus, & ex humeris pendebat in ſignum nobilitatis. Quapropter apud multas Nationes, & præcipue apud Aragonios, & Germanos, Equitum ordines inſtitutos fuiſſe refert inter cœteros Eques Juſtinianus, in hiſtoria Ordinum Equeſtrium pag. 672. quorum inſigne Stola erat ſiniſtro humero impoſita ejus formæ, quam indicat numer. 103. auro gemmiſque exornata. Colorem autem ejus ignorari aſſerit; Certum autem eſt, auream eſſe apud Venetos, ob idque Equites ſtolæ aureæ vocatos, qui eam gerunt, ex Senatoribus Reipublicæ ob egregias dotes & præclaras actiones electi. Veſte illi amiciuntur talare oloſerica, latis manicis colore nigra, ſed in ſolemnibus actionibus rubra induuntur cum latis manicis & ſtolam auream humero gerunt ſiniſtro. Tibialia, caligæ, & calcei ſunt rubri coloris ejuſdem formæ; quæ in imagine exprimitur. Cum autem nigram gerunt, ſtolam habent etiam nigram, cujus fimbriæ aureis teniis exornantur; cingulum inſuper habent aureis ornamentis decoratum. Unde mos iſte epud Venetos ortum habuerit incertum eſſe Scriptores affirmant.

CXIII.

Cavaliere

DELLA STOLA.

PEr la voce Stola intendono li Greci una veſte talare, e gli Eccleſiaſtici una faſcia, che pende dal collo, da cui è ſignificata la fune, con la quale fu ligato il Redentore del Mondo, e la croce del medeſimo: che perciò li Sacerdoti la portano in modo di croce avanti il petto, pendente dalle ſpalle. Appreſſo gli Antichi la Stola era una veſte talare, propria delle Donne nobili, dopo fu mutata in una faſcia, il di cui uſo era delli Senatori e Conſoli Romani. A ſimilitudine di eſſi è riferito un' ordine di Cavalieri nobili, quali per inſegna havevano ſimile faſcia, pendente dalla ſpalla ſiniſtra della forma, indicata dal num. 103. & era ornata di oro e di gemme. Non ſi dice di quale colore foſſe, ma ſi ſa eſſere di tela d'oro in Venezia, che perciò ſono chiamati Cavalieri della Stola d'oro quelli, alli quali è conceduto il portarla, eletti dal Senato per le azzioni inſigni, da loro operate. L'abito di eſſi conſueto e una veſte talare di ſeta nera con maniche larghe; queſta è cinta con cintura nera, ornata di oro, ſicome la Stola è parimente nera, terminata da galloni d'oro, e queſta è il proprio diſtintivo del grado; ma nelli giorni, e funzioni ſolenni l'hanno roſſa. Li calzoni, le calze, e ſcarpe ſono parimente roſſe, e dalla ſiniſtra ſpalla pende la Stola di tela d'oro, come moſtraſi dalla imagine. Donde haveſſe principio queſt' ordine aſſeriſcono li Scrittori eſſere incerto.

Eques Ordinis dicti Stultorum

CXIV.

Eques

è SODALITIO

Stultorum.

ANno 1381. Rodulphus, Clivenſis Comes, die S.Uberto Sacro, ſodalitium inſtituit,quod Stultorum appellavit. Equitibus inſigne imago erat ſtulti, veſte rubra induti, quam aureę teniæ exornabant, calceamenta gerebat nigra, manibus Diſcum fructibus plenum ſuſtentabat, ut ſub numero 104. Indumenta omnes ſimilia gerebant, ut communem animi viciſſitudinem ſignificarent. Die Dominico,quò primùm poſt S.Michaelis feſtum occurrebat, ſimul omnes comitia celebrabant. In illis lex ſancita fuit, qua omnes tenebantur imaginem ſtulti in pallio expreſſam deferre, quod ſi ommiſſum fuiſſet, quamdam nummorum ſummam ſolvere tenerentur, in pauperes erogandam.Inuſitata quidem inſtitutio illa fuit, ac inſolita denominatio. Ejus tamen meminit qui collectionem ordinum Equeſtrium impreſſit Pariſiis anno 1671. neſcimus autem finem,ob quem inſtitutus hic ordo fuerit, & quanto tempore extiterit.

CXIV.

Cavaliere

DEL COLLEGIO

detto de PAZZI.

SI racconta, che nell'anno 1381. Adolfo, Conte di Cleves, nel giorno di S. Uberto inſtituì una compagnia detta de Pazzi, li Cavalieri in eſſa aſcritti preſero per inſegna l'imagine di un pazzo, veſtito di un piccolo giuſtacore, e di un cappotto teſſuto di roſſo, e trinato d'oro, con ſcarpe nere, e in mano una tazza d'oro, piena di frutti, diſegnata ſotto il numero 104. Tutti veſtivano con abiti ſimili per moſtrare l'amicizia fra loro mantenuta. Tenevano l'Aſſemblea nella Domenica ſuſſeguente alla feſta di S. Michele, e in una di eſſe ſtabilirono una legge, che obbligava tutti a portare dipinta ſopra l'abito l'imagine di un pazzo,e ſe ſi traſgrediva,incorreva il tranſgreſſore nella pena di pagare una certa ſomma di denaro,da diſtribuirſi alli Poveri.Fu certamente queſta inſtituzione inſolita, ne ſappiamo a qual fine foſſe fatta, e per quanto tempo duraſſe tal ſorte di Cavalieri. Di eſſi però ſe ne fa menzione nella raccolta, che degli ordini Equeſtri fu publicata in Parigi nell'anno 1671.

Miles Templarius

CXV.

Eques

TEMPLARIUS.

POſt bellum ſacrum, auſpiciis Urbani II. & Godefridi Bullionei commiſſum, ad ea conſervanda, quæ feliciter recuperata erant, Hoſpitaliorum exemplo, Templariorum ordo a Gallis Principibus inſtitutum fuit; Ejus Anthores præcipui fuerunt Hugo de Paganis, & Goufredus a S. Audomaro, equeſtri ambo dignitate inſignes, & quia in loco juxta Templum Domini, a Balduino Rege conceſſo, commorabantur, Fratres Templarii ſunt appellati. More Canonicorum Regularium vivebant, & peregrinos per loca Sancta contra latronum, & Barbarorum inſidias ducebant; donec de mandato Honorii Papæ, & Stephani Hieroſolymitani Patriarchæ anno 1118. data fuit eis regula, quam a D. Bernardo conſcriptam affirmant, & alba veſtis ex lana, & Eugenii demum Authoritate crux rubea attributa; ut veſtes albas inſignum innocentiæ deferentes, per cruces rubras martyrium ob Chriſti nomen ſuſcipiendum non dedignarentur, & ad ſanguinem effundendum ob terræ Sanctæ defenſionem eſſent parati. Narrat Victriacus in hiſt. Orient. cap. 65. Vexillum deferri ab illis bipartitum ex albo & nigro colore, eo quòd Chriſti amicis candidi eſſent & benigni; nigri autem & horribiles inimicis. Crucis teſſeram habebant octogonam ſimilem Melitenſi. Hieronymus tamen Romanus contendit fuiſſe duplicem & quaſi patriarchalem, qualem exhibemus nu. 106. Multis tandem exantlatis laboribus iſte ordo Viennæ in Concilio Patrum decreto extinctus ſuit, & ejus bona Hoſpitalariis addicta tempore, quo Rhodiorum inſulam incolebant. Ejus abolitionis diſquiſitionem apud Marianam invenies lib. 15. cap. 10. Platinam, Villanum, Azorium & alios, Nos eorum Equitum indumentum in imagine producimus.

CXV.

Cavaliere

TEMPLARIO.

DOpo che nel Pontificato di Urbano II. la Sagra Lega contro il Turcò, ricuperò molti Luoghi di Terra Santa, ad imitazione delli Cavalieri, detti Oſpedalieri, fu inſtituito un' ordine dalli Franceſi con il titolo di Templari, per l' abitazione vicina al Tempio, conceduto loro dal Rè Balduino, ſi riferiſce che li Principali Autori di eſſi furono Ugone de Pagani, e Gauſredo di S. Omer, nobili Cavalieri. Vivevano come li Canonici Regolari, e facevano la ſcorta alli Pellegrini, per difenderli dagli Infedeli, e poi fu loro aſſegnata la Regola di S.Bernardo per ordine di Onorio Papa, da Srefano Patriarca di Geruſalemme nell' anno 1118. Veſtivano di lana bianca, ſopra cui per autorità di Eugenio aggінſero una croce roſſa, accioche nel bianco della veſte apprendeſſero l' innocenza delli coſtumi, e nel roſſo della Croce ſi moſtraſſero pronti allo ſpargimento del ſangue, per difendere la Fede di Chriſto, e la Terra Santa. Riferiſce Vittriaco nel cap. 65. della Hiſt. Orien. che uſavano lo ſtendardo mezzo bianco e mezzo nero, per ſignificare nel bianco la benignità agli amici di Chriſto, e nel nero la fierezza contro gl' inimici del medeſimo. La forma della croce era ſimile a quella di Malta, come moſtra il nu. 106. afferma però Girolamo Romano, che foſſe doppia come la patriarchale, da noi eſpreſſa ſotto il nu. ſteſſo Dopo molte inſigni azzioni fu queſto nobiliſſimo ordine eſtinto nel Concilio di Vienna, Regnante Clemente V. e parte delli beni poſſeduti furono conceduti all' ordine Geroſolimitano, nel tempo che riſiedeva in Rodi. Quali foſſero le cagioni ſono riferite da molti Autori. Vedi il Mariana lib. 15. cap. 10. il Platina, il Villani l'Azor e altri. A noi baſta di eſporre l' imagine d' uno di eſſi.

Eques Teutonicus

CXVI.

Eques TEUTONICUS.

EOdem ferè tempore, quo Templarii inſtituti ſunt, Fridericus Imperator à Gregorio VIII. impulſus copias militum in Syriam ducebat. Cum autem ob aeris inſalubritatem, & bellicos labores quamplurimi milites morbis ſuccumberent, aliqui miſeratione moti, Tentoriis erectis, illos excipiebant, ut curarentur; Inter cœteros nobilis Vir Henricus Walpot, qui præerat, ut hoc chriſtianæ charitatis opus perficeretur magis, Xenodochiũ excitavit, in quo primariæ nobilitatis Equites infirmis miniſtrabant. Hinc ordo originem habuit Equitum Teutonicorum, a quibus poſtea dicti ſunt Germani, S. Mariæ in Hieruſalẽ dictus. Illum ſub Regula S. Auguſtini Cęleſtinus III. anno 1191. approbavit, & ut a cœteris Equitum ordinibus diſtinguerentur, Crux nigra albę clamydi appoſita præſcripta fuit. Mariani etiam & Crucigeri appellati ſunt iſti Equites, quibus idem Valpot primus Magiſter fuit; Capta Urbe Hieroſolyma à Saladino Duce Saracenorum, Sodalitium Teutonicum Ptolemaidam translatum, & tota Syria expulſum Fridericus II. in Germania collocavit, deinde cum tribus ferè ſæculis in Pruſſia maximo Chriſtianæ Reipublicæ bono floruiſſet, ibi propter bella & diſſidia extinctus fuit; Perſeverat tamen in aliis Germaniæ Regionibus. Crux hujus ordinis exprimitur ſub num. 106. ideſt nigra cum limbo argenteo. Veſtis autem nigra erat ſub pallio laneo albo ut in Icone apparet.

CXVI.

Cavaliere TEUTONICO.

NEl medeſimo tempo, in cui fu inſtituito l'ordine delli Templari Federico Imperatore manteneva un' armata nella Siria, a perſuaſione di Gregorio VIII. e perche per le fatiche della guerra, e l'inſalubrità dell' Aria molti Soldati ſi ammalavano, alcuni nobili, moſſi a compaſſione, li raccoglievano ſotto i Padiglioni, procurando la loro ſanità. Tra gli altri uno detto Enrico Walpot procurò di fabricare un' oſpedale, nel quale detti infermi haveſſero ricetto, e molti nobili Tedeſchi aſſiſtevano alli medeſimi. Quindi hebbe origine l'ordine delli Cavalieri, detti Teutonici ſotto l'invocazione di S. Maria di Gerusalemme, e fu approvato ſotto la Regola di S. Agoſtino l'anno 1191. da Papa Celeſtino III. e perche ſi diſtingueſſero dagli altri, fù loro preſcritta una croce nera, contornata di argento ſopra abito bianco, e furono anche chiamati Cavalieri di S. Maria e Crociferi. Il primo Maeſtro dell'ordine fu il medeſimo walpot, Tolta poi alli Chriſtiani Gieruſalemme da Saladino, Capitano delli Saraceni, queſt' ordine fu trasferito a Ptolemaide, ma ſcacciato da tutta la Siria, fu da Federico II. Imperatore collocato in Germania; & eſſendo fiorito per lo ſpazio quaſi di tre ſecoli nella Pruſſia, a cagione delle diſcordie e guerre reſtò ivi eſtinto; ma perſevera ancora in altre parti della Germania. La croce dell'ordine è eſpreſſa ſotto il n. 106. cioè nera profilata d'argẽto ſopra un mãto di lana bianca, da cui ſi cuopre l'abito nero.

Eques Teutonicus Ecclesiasticus

CXVII.

Eques
TEUTONICUS
Eccleſiaſticus.

IN duas Claſſes Ordo Teutonicorum Equitum dividebatur, quarum altera milites numerabat, altera verò Eccleſiæ ſacris actionibus addictos; Horum munus erat ſacramenta Infirmis in Xenodochio & militibus ipſis miniſtrare, divinas laudes recitare, Templi nitorem cuſtodire, & Equites in rebus, quæ ad regulam ſpectabant erudire. Cruce exornabantur non diſſimili, ſed veſte, quam gerebant, licet eundem colorem nigrum oſtenderet, paulo longiore utebantur, ſicuti & pallio albo, ut imago expoſita oſtendit. Hæc omnia fuſius invenies apud Munſterum lib. 3. de Germania, qui ſeriem Magiſtrorum & res illuſtriores, ab iis geſtas, recenſet. Vide etiam Belforeſtum lib. 3. de Coſmographia, Jacobum Thuanum lib. 1. & 43. Juſtinianum de Ordinibus Equeſtrium militum, ubi fusè acta eorum percurrit. Nos brevitati conſulimus.

CXVII.

Cavaliere
TEUTONICO
Eccleſiaſtico.

ERa diviſo l'ordine Teutonico in Cavalieri militari, ed Eccleſiaſtici. L'uffizio di queſti era amminiſtrare li Sacramenti agl' infermi dell' Oſpedale, come anche alli Cavalieri di armi, recitare i Divini Offizii nella Chieſa, e havere la cura dello ſplendore, e decoro di eſſa, ſicome anche ammaeſtrare nelle coſe ſpettanti alla Religione i Cavalieri, e Serventi tutti dell'ordine. Portavano per inſegna la croce iſteſſa, ſicome la veſte nera e il mantello bianco, ma l' una e l' altro alquanto più lungo, come dimoſtra la figura quì eſpoſta. Tutto ciò ſi racconta diffuſamente dal Munſtero nel lib. 3. della Germania, il quale riferiſce la ſerie delli Gran Maeſtri, e le azzioni più glorioſe di queſt' ordine. Vedi anche Belforeſti nel lib. 3. della Coſmografia. Giacomo Tuani nel lib. 1. e 43. il Giuſtiniani degli Ordini Equeſtri, ove diffuſamente ſi tratta del medeſimo. Noi ſiamo tenuti alla Brevità, non ſcrivendo Hiſtoria, ma un compendioſo catalogo di eſſi.

Magnus Magister Teutonicorum

CXVIII.

Ordinis TEUTONICI Supremus Magiſter.

DIximus primum Equitum Teutonicorum Magiſtrum fuiſſe Henricum Walpot, Virum fortiſſimum, cui à Cœleſtino III. Pontifice poteſtas data fuit conſcribendi Equites. Illi vita defuncto alii ſucceſſere uſque ad numerum quadrageſimum ſextum, quorum ſeriem inter alios Eques Juſtinianus recenſuit. Eidem Ordini, qui in Germania præcipuè floret nunc præeſt Sereniſſimus Princeps Franciſcus Ludovicus Neoburgicus, Epiſcopus Wormatienſis, & Wratislavienſis, nuper electus Coadiutor Epiſcopi Moguntini S. R. Imperii Electoris. Ille qui tertius inter cæteros nominatur cruci nigræ aliam auream addidit, ut a militibus ſubjectis diſtingueretur. Eidem Honorius III. Pontifex Principis titulum tribuit, circa annum 1220. Fridericus Imperator Aquilam Imperialem in gentilizio Stemmate conceſſit, & Ludovicus IX. anno 1250. Lilia ejus inſignibus addidit. Quamobrem ſupremus Magiſter ante pectus crucem gerebat, affixam tunicæ laneæ nigræ uſque ad genua productæ ejus formæ, quam imago a nobis expoſita oſtendit. Pallio inſuper laneo albo uſque ad terram extenſo crucem aliam in ſiniſtro latere oſtendit. Illam expoſuit Dusburg cum gladio; ut cum ad bella contra Hoſtes Fidei paratum oſtenderet. Hæc quidem indumenta antiqua fuere.

CXVIII.

Gran Maeſtro TEUTONICO.

SI è detto, che il primo Maeſtro dell' ordine Teutonico fu Enrico Walpot, huomo di gran valore, a cui Celeſtino III. Sommo Pontefice diede facoltà di inſtituirlo. Dopo la di lui morte ſe ne riferiſcono altri quarantaſei, il Catalogo de quali fu poſto nella ſua Iſtoria dal Cavaliere Giuſtiniani. Al preſente è governato queſto nobiliſſimo ordine della Germania dal Sereniſſimo Principe Franceſco Lodovico di Neoburgo, Veſcovo di Wormatia e Wratislavia, eletto alla Coadiutoria del Veſcovo di Mogonza, Elettore del Sacr. Rom. Imperio. Il Terzo Gran Maeſtro aggiunſe alla croce nera un'altra d' oro, acciòche foſſe diſtinto dagl' altri Cavalieri, a lui ſubordinati. Onorio III. Sommo Pontefice gli concedè il titolo di Prencipe circa l' anno 1220. Federico Imperatore l'Aquila Imperiale da porſi nell' Arma, e Lodovico IX. aggiunſe li Gigli Reali. Per le quali raggioni portava il Gran Maeſtro ſopra la veſte di lana nera ſteſa ſino al ginocchio la croce della forma eſpreſſa nella imagine eſpoſta al num. 106. E al manto di lana bianca ſteſo ſino a terra nel ſiniſtro lato era affiſſa l' altra croce ſimile. Queſta imagine è riferita dal Dusburgh, l' eſpreſſe con la ſpada in mano per moſtrare la prontezza nel difendere la Fede. Così veſtiva anticamente il Gran Maeſtro.

Eques dictus Tuſini

CXIX.

Eques
T U S I N I.

QUa de cauſa hac voce *Tuſini* denominati fuerint hi Equites, quidve illa ſignificet, nullus Author enarrat. Omnes tamen referunt hunc ordinem floruiſſe in Auſtria & Bohemia ſub Regula S. Baſilii, poſtquam circa an. 1562. inſtitutus fuerat, atque illum pluries contra Turcas ſtrenuè dimicaſſe; & ob inſignes, quas retulit, victorias, celebrem in Germania fuiſſe. Clamide rubra uſos eſſe hos Equites narrant, quam cruce plana viridi exornabant. Illam expreſſimus ſub nu. 107. Caſtitatem coniugalem voto profitebantur, & obedientiam S. Romanæ Eccleſiæ, pro cujus orthodoxa fide prĉliari tenebantur. Supremi Magiſtri dignitate Romanorum Imperator potiebatur, ſed temporis decurſu hæc militia defecit.

CXIX.

Cavaliere detto
D E L T U S I N O.

QUanto ſempre operaſſe per l'eſaltazione della fede cattolica la Caſa d' Auſtria, lo moſtrano varii ordini di Cavalieri inſtituiti a queſto fine. Fra eſſi fu quello, detto del Tuſino nell' Auſtria e Boemia ſotto la Regola di S. Baſilio; e ſi riferiſce foſſe inſtituito circa l' anno 1562. non ſi riferiſce però da alcuno, che coſa foſſe ſignificata dalla Parola *Tuſino*. Portavano ſopra manto roſſo una croce liſcia di colore verde la di cui figura reſta additata dal n. 107. Profeſſavano queſti Cavalieri voto di Caſtità coniugale, e ubidienza alla Chieſa Romana: fecero grandi impreſe contro il Turco, e ſi reſero celebri nella Germania: ſi eſtinſe poi queſt'ordine, che le iſtorie riferiſcono, ma ſi tace il tempo, e l' Autore della Inſtituzione. La Dignità Magiſtrale di eſſo era nella perſona dell' Imperatore &c.

Eques Velleris Aurei

CXX.
Eques
VELLERIS AUREI.

INter eximias Philippi Boni virtutes ea fuit peculiaris, quæ Auguſtiſſimum Aurei Velleris Collegium inſtituit Brugis Flandriæ anno 1429. ad gloriam Dei, laudem B. Virginis, & S. Andreæ Apoſtoli, quem ordinem anno 1433. Eugenius IV. confirmavit, deinde Leo X. an. 1579. Initio Philippus huic Collegio viginti quinque nobiles viros conſcripſit, deinde poſt tres annos Divione triginta novem, ad explendum numerum juxta formulam primæ inſtitutionis. At Carolus poſtea V. ob varias Provincias quas poſſidebat anno 1516. ordinis Comitiis, Bruxellis celebratis, numerum unius & quinquaginta Equitum eſſe voluit. Inſigne hujus ordinis aureus eſt torques, inſerto Philippi emblemate ignitabuli, ſcintillas ex ſilice extundentis, a quo vellus aureum dependet, ut ſub num. 108. exprimitur. Hunc torquem Claudius Paradinus ita eſt interpretatus, ut ſilicibus ferroque adſcriberet *Arte ferit quam flamma micet*. Velleri autem *Pretium non vile laboris*. Quo nam conſilio hoc factum a Philippo fuerit, non ita certum. Sunt qui dicunt, Vellus Gedeonis præ oculis illum habuiſſe, ſive Jaſonis exemplo Argonautas legeret, quibuſcum (ut ille) in colchida velleris rapiendi ergo ad Ætem, ſic in Syriam contra Turcas proficiſceretur. Certum eſt Magno hominum plauſu rem fuiſſe exceptam. Hujuſmodi Equites creandi etiam extra Capitulum Philippo II. Hiſpaniarum Regi Ordinis Principi authoritate Summi Pontificis Gregorii XIII. & Philippo III. conceſſione Clementis VIII. facultas facta eſt, & ex primariis Europæ Proceribus eliguntur. Veſtis quæ præſcribitur in functionibus ſolemnibus & Clamys lanea purpurea uſque ad terram producta. Ejus fimbriæ exornantur aureis ignitabulis & flammulis, ex lapidibus erumpentibus cum cruce S. Andreæ interpoſita. Caput caputio tegitur ejus formæ, quam Icon demonſtrat, ſub clamide alia toga eſt pariter purpurea uſque ad talos producta. In funeribus verò Equitum nigris indumentis utuntur.

CXX.
Cavaliere
DEL TOSONE,
ò VELLO D' ORO.

TRa le molte virtù, per le quali ſi celebra il Rè Filippo, detto il Buono, ſingolare fu quella di havere inſtituito il nobiliſſimo ordine detto del Toſone, overo del Vello d'oro, ſotto la Protezzione della B. Vergine, e del S. Apoſtolo Andrea, il quale fu confermato da Papa Eugenio IV. nel 1433. e da Leone X. nel 1516. Era queſto compoſto di venticinque nobiliſſimi Perſonaggi, ma tre anni dopo fu accreſciuto il numero ſino a trentanove, finalmente regnando Carlo V. nel 1516. celebrato il Capitolo di Bruſſelle, ſtabilì che foſſero cinquantuno. L' inſegna di queſt' ordine è una collana d'oro compoſta dall' Emblema di Filippo, cioè di fucili frapoſtevi pietre focaie ſcintillanti di fiamme. Da eſſa è pendente un vello o pelle di Agnello d'oro, come ſta eſpreſſo ſotto il num. 108. Qual foſſe il motivo di queſta eſpreſſione non è certo; alcuni dicono, che haveva per ſcopo di eſprimere il Vello di Gedeone; altri che ſiccome Giaſone eleſſe gli Argonauti per rapire in Colco il vello d' oro, così Filippo diſegnava di ſpedire un'armata in Siria per debbellare il Turco. Il certo è che fù ricevuto con plauſo queſt' ordine. L' autorità di creare queſti Cavalieri è appreſſo il Rè di Spagna per la facoltà data a Filippo II. da Gregorio XIII. e a Filippo III. da Clemente VIII. e chiunque ha il preggio di eſſere eletto, è delle principali famiglie di Europa. L'abito nelle Funzioni Solenni è un manto di Scarlato ſino a terra, orlato con il medeſimo Emblema della collana e di croci di S. Andrea, eſpreſſa con ricamo d'oro. Il capo ſi cuopre con cappuccio eſpreſſo nella imagine; ſotto il manto porta toga parimenti di ſcarlato lunga ſino a i piedi. Nelli funerali però delli Cavalieri uſano veſte nera.

Eques Vrsi in Eluetia

CXXI.

Eques URSI in Helvetia.

CUm Otho, Saxoniæ Dux, conaretur Neapolitanum Regnum invadere, ut Svevum ejus poſſeſſione privaret, & Conſilia Innocentii III. Pontificis contemneret, anathematis fulmine percuſſus Imperandi juribus orbatus fuit. Qua de cauſa Germaniæ Principes Fridericum Siciliæ Regem in Imperatorem elegerunt. Ad hanc Electionem cum ſuam operam egregiè impendiſſent Helvetiæ Populi, inter quos tunc temporis quamplurimi florebant, non minus nobilitate, quàm armorum gloria conſpicui; novus Imperator grati animi ſigna illis decrevit oſtendere. Quamobrem an. 1214. Equitum Ordinem Aquiſgrani excitavit, quorum inſigne numiſma erat cum imagine Urſi, aureo torqui appenſum, foliis quercus exornato, ut delineavimus ſub nu. 109. Dicatus fuit hic ordo S. Gallo olim in Helvetia Apoſtolo, Imaginem autem Urſi electam fuiſſe dicunt Elias Aſmoles & Favinus ob venerationem erga S. Urſum Martyrem Legionis Thebeæ. Illis Juſtinianus adverſatur, pro certo habens fuiſſe ob memoriam famulatus, quem tale Animal præſtitit S. Gallo, nativa feritate depoſita, cum anguſtam domum eo in loco extruebat, ut ibi vitam duceret ſolitariam. Ejuſdem ordinis Adminiſtrationem Abbatibus S. Galli Imperator commiſit; feliciter ille floruit donec Helvetiæ Papuli Reipublicę leges elegerunt.

CXXI.

Cavaliere DELL' ORSO nella Elvezia.

HAvendo procurato Ottone di Saſſonia invadere lo Stato di Napoli e privare lo Svevo del Poſſeſſo di eſſo, ſprezzando le ammonizioni di Papa Innocenzo III. fu da queſto ſcomunicato e privato dell'Imperio; onde li Prencipi della Germania riſolverono eleggere Federico Rè di Sicilia. A queſta Elezzione contribuirono molto li Popoli della Elvezia, ove fioriva oltre il valore militare anche la nobiltà delle Famiglie. Volle il nuovo Ceſare dar loro ſegno di gratitudine; onde nell' anno 1213. inſtituì un'ordine in Aquiſgrano, l' inſegna di cui fu una medaglia, in cui ſi eſibiva un' orſo ſopra un' eminenza di terreno ſmaltato di nero, pendente da una catena d'oro, attorno a cui erano intrecciate varie frondi di Quercia come ſta ſotto il nu. 109. Fu dedicato queſt'ordine a S. Gallo Apoſtolo di quel Paeſe, e ſi aſſegnò il titolo dell'orſo in memoria di S. Orſo martire della Legione Tebea, come riferiſce Elia Aſmole, e il Favino. Contradice però à queſti il Giuſtiniani, e ſtima che ſi diceſſe dell'Orſo in memoria della ſervitù, preſtata da un' Orſo a S. Gallo depoſta la naturale fierezza, allorache il Santo voleva ſtabilire in quel luogo il ſuo Romitaggio. Fu laſciata dall'Imperatore la ſopraintendenza di queſt'ordine all'Abbate di S. Gallo, e fiorì fino a che quel Paeſe ſi riduſſe in Republica.

Sanctimonialis Ordinis Calatrauæ

CXXII.

Moniales Ordinis Equitum CALATRAVÆ.

POſt Ordines Virorum Equeſtrium & Militarium aliquos addemus quibus Fœminæ comprehenduntur, quæ Deo Vota Religioſorum profitentur Regulis ordinum Equeſtrium ſubjectæ, & cruce inſignitæ, quas, licet in Catalogo Religioſarum Fœminarum recenſuerimus, non ſupervacaneũ erit eas huc iterum adducere. Ordinem igitur Equitum militarem Calatravæ Gomeſius Hermandez inſtituerat tempore Ferdinandi Regis Legionis, anno 1158. contra Mauros, à quibus Regna occupata opera eorum recuperata fuerunt,& an. 1183. Lucius III. Pontifex illum approbavit,atque etiam Innocentius III. anno 1205. Currente deinde anno 1219. D. Garzia Guttierez,ejuſque uxor Maria Suarez, ſuis ſumptibus Monaſterium ædificarunt, à S. Felice dictum, in loco, quem Hiſpani appellant *Amaya*, ut in eo Virgines, Deo ſacræ,viverent ſub Regula Ordinis Ciſtercienſis, cui Equites ſeſe aggregaverant, eadem cruce rubra inſignitæ, cujus extremitates liliis abſolvuntur, quamque, ſcapulari aſſutam, ante pectus Equites gerunt. Inter Conſtitutiones earum proprias una eſt, qua præſcribitur, nullam inter has Moniales adſcribi poſſe, niſi ex magni Magiſtri Ordinis, & Monaſterii Abbatiſſæ mutuo conſenſu. Anno deinde 1297. hoc Sacrum Cœnobium incrementa ſuſcepit ob donationem ſuorum bonorum, illi factam, ab Eleonora Gonzalez, uxore Ferdinandi de Caſtro, atque ex illo aliæ Fundatrices Cœnobiorum hujus Inſtituti prodierunt. Cæterum veſtis illarum alba eſt.

Illas refert in cap. 18. *Hiſtoriæ Calatravenſis Franciſcus Rades. De Ordine Equitum ſcripſerunt Angelus Manriquez in Annal. Ciſterc. ad ann.* 1158. *Rodericus de Quæſt. Reg. cap.* 3. *Caſſanæus part.* 9. *Conſ.* 8. *Petrus Caleſactor de Equeſtri dignitate nu.* 25. *& Creſcentius, Maurolicus &c.*

CXXII.

Monache dell' Ordine Militare DI CALATRAVA.

DOpo di havere eſpoſti gli ordini degli Huomini Equeſtri e Militari poſſono aggiungerſi alcuni altri di Donne, le quali fregiate delle Croci Equeſtri, vivono in chioſtri obbligate con voti Religioſi, e benche già nella ſeconda parte del noſtro Catalogo ſiano ſtate numerate ed' eſpoſte, non ſarà ſuperfluo il produrle di nuovo. Fu inſtituito l' Ordine di Calatrava da Gomeſio Hermandez quando nell' anno 1158. regnava Ferdinando Rè di Caſtiglia, acciòche prendeſſe le Armi contro i Mori, a quali tolſe con il ſuo valore li Regni uſurpati, e fu approvato dal Pontefice Lucio III. nell'anno 1183. e dopo lui nel 1205. da Innocenzo III. di queſto nome. Correndo poi l'ànno 1218. D. Garzia Guttierez con la ſua moglie, D. Maria Suarez, riſolvè di erigere à ſue ſpeſe un Mónaſtero, con il titolo di S. Giuſeppe in un luogo detto Amaya; acciòche in eſſo viveſſero à Dio Vergini Religioſe ſotto la Regola dell' Ordine Ciſtercienſe, al quale l'Ordine delli Cavalieri era aſcritto, e haveſſero anch' eſſe nella parte deſtra del petto, l'inſegna medeſima, cioè una croce roſſa, le di cui punte ſono terminate da quattro Gigli, parimenti roſſi. Una Conſtituzione propria di queſto Monaſtero fù, che in eſſo non poteſſe eſſere ammeſſa alcuna,ſenza il conſenſo del Gran Maeſtro dell' Ordine Militare, e quello della Superiora. Crebbe poi nell'anno 1297. il numero di queſte Religioſe per la ricca donazione, fatta delle ſue entrate da D. Eleonora Gonzalez, moglie di D. Ferdinando di Caſtro; e da quello uſcirono molte fondatrici di altri Monaſteri del medeſimo Inſtituto, quali fioriſcono nelle Spagne. La loro veſte è in tutto bianca.

Di eſſe fece menzione nel cap. 18. *della ſua Iſtoria Franceſco Rades. E dell'Ordine di Calatrava ſcriſſero Angelo Manrique negli Annali Ciſtercienſi all'anno* 1158. *Il Roderico, il Caſſaneo, il Creſcentio, il Maurolico, e altri.*

Virgo hoſpitalaria Hieroſolymę

CXXIII.
Ordo
Fœminarum
HOSPITALARIUS.

FUit Hieroſolymis, cum adhuc ſub Saracenorum dominio Urbs teneretur, Monaſterium, dictum S. Mariæ de Latina, in eo Monachi latini peregrinos excipiebant, prope quod aliud erectum fuit monaſterium in honorem B. Mariæ Magdalenæ, in quo mulieres religioſæ mulieribus peregrinis miniſtrarent & hoſpitio eas reciperent; cum autem poſtea, confluente peregrinorum multitudine, prædicta monaſteria ad omnes recipiendos nõ ſufficerent, aliud in honorem S. Joannis extructum fuit eleemoſinis S. Joannis Eleemoſinarii poſtea Patriarchę Alexandrini. Et cum deinde à Duce Godefrido ab impiorum manibus Civitas ſancta liberata fuerit, Vir probus Gerardus, qui in prædicto Hoſpitali diu miniſtraverat, habitum regularem ſuſcepit, albam crucem affigens in pectore, ſolemni profeſſione his inſtitutionibus ſe obligavit. Huic mulier etiam quædam Agnes nomine, Romana natione, nobili ſtirpe, ſed nobilior ſanctitate, quæ in alio mulierum Monaſterio munus geſſerat Abbatiſſæ, in miniſterio pauperum adjuncta, eandem regulam & humilitatis habitum votivè ſuſcepit circa an. 1080. Tunica induebantur coloris muſtelini cum cruce alba pectori aſſuta, Velo albo capiti impoſito.

Cætera Vide apud Cardinalem Jacobum à Vitriaco in hiſt. orient. cap. 64. Guillelmum Tyri Archiep. in hiſt. belli ſacri lib. 18. cap. 5. & Antonium Gallonium de Virginibus Romanis p. 24.

CXXIII.
Ordine
delle Donne, che ſervono
NELLI OSPEDALI.

NEl tempo, in cui erano Padroni di Gieruſalemme gl'Infedeli, era un Monaſtero detto S. Maria de Latina, in cui Monaci latini ricevevano i Pellegrini, e vicino ad eſſo era un' altro, dedicato è S. Maria Madalena, in cui Donne religioſe ricettavano, e davano oſpizio alle Donne pellegrine; ma perche creſceva molto il numero di eſſi, per il ricevimento de' quali non baſtavano queſti due monaſteri, ne fu eretto un'altro in honore di S. Giovanni, con le elemoſine, date da S. Giovanni, che fù poi Patriarca di Aleſſandria, e in queſto Oſpedale un Huomo pio, detto Gerardo, preſe l'abito Regolare, dopo che Gеruſalemme fu liberata dal Dominio de' Turchi, aggiungendo al petto una croce bianca, e fece voto di ſervire alli pellegrini, quali ivi ſi ricevevano. Fù queſto imitato da una Donna, chiamata Agneſe, di natione Romana, nobile di ſangue, e molto più per la ſantità celebre, e ſi veſtì del medeſimo abito circa l'anno 1080. La tonaca era di colore lionato con croce bianca aggiunta alla medeſima. Il capo era coperto con un velo bianco.

Altre coſe racconta Giacomo Cardinale à Vitriaco nella iſtoria orientale cap. 64. Guglielmo Arciveſcovo di Tiro nella iſtoria della guerra Sagra lib. 18 cap. 5. e il Gallonio delle Vergini Romane pag. 24.

Monialis Hospitalaria in Gallia

CXXIV.

Alius Ordo Monialium
HOSPITALARIUS
in Galliis.

OBiit in Galliis anno 1618. Venerabilis Mater Galliotta de Vaillac, Aquitana, à qua circa annum 1617. Ordo inſtitutus eſt piarum mulierum, quarum impenſis peregrini pauperes per aliquot dies aluntur, nomenque illi impoſuit Hoſpitalarii S. Joannis Hieroſolymitani. Veſte induuntur hæ Moniales nigra, cui ſericeam crucem albam, octo acuminibus diſtinctam addunt ſupra pectus; Pallium itidem nigrum ſuſtinent, ſimili cruce in parte ſiniſtra notatum, cujus acuminibus octo Beatitudines ſignificari dicunt. Eidem pallio precarios globulos ex corallio affigunt octo parmulis diſtinctos, in quibus præcipua inſtrumenta Paſſionis noſtri Redemptoris ſunt expreſſa, ſcilicet Corona ſpinea, Clavi, Columna, Flagella, Lancea &c.

CXXIV.

Monache
HOSPITALARIE
diverſe in Francia.

MOrì in Francia l'anno 1618. la Venerabile Madre Galliotta de Vaillac, della Provincia di Aquitania, dalla quale circa l'anno 1617. fù inſtituita una Congregazione di pie donne, a ſpeſe delle quali ſi devono alimentare per alcuni giorni li poveri pellegrini; e volle che ſi chiamaſſe Congregazione Oſpitaliaria di San Giovanni Geroſolimitano. La Veſte di eſſe è nera, e à queſta è congiunta ſopra il petto una croce di ſeta bianca, terminata da otto punte, così parimenti nella parte ſiniſtra del manto è una ſimile croce, dalle punte di cui aſſeriſcono ſignificarſi le otto Beatitudini. Al medeſimo manto uniſcono una corona di coralli, tramezzata è diviſa da otto ſcudetti, nelli quali ſono eſpreſſi li principali inſtrumenti della Paſſione del noſtro Redentore, cioè la corona di Spine, li Dadi, li Chiodi, li Flagelli, la Lancia &c.

Sanctimonialis S. Iacobi de Spatha

CXXV.

Moniales ORDINIS S. JACOBI de Spatha.

INter Ordines militares, qui in Hiſpaniis contra Mauros inſtituti fuerunt, aliis anterior extitit Congregatio, ſed non Religio, S. Jacobi dicta, quæ referente Angelo Henrique in Annalibus Ciſtercienſibus ad annum 1158. cap. 1. num. 10. Poſtquam Calatravæ novos milites Regulæ Ciſtercienſium vidit adſcriptos, ſanctum eorum Zelum æmulata, Canonicis Regularibus ſe ſociavit, ut eorum Inſtituta profiteretur. Cum ergo anno 1030. in Domo S. Spiritus Salmanticenſi aliquæ piæ mulieres viverent ſub invocatione S. Annæ Magno Magiſtro Ordinis S. Jacobi ſubditæ Eques *Pelay* Perez, & Maria Mendez, ejus uxor, decreverunt anno 1312. Cænobium Virginum erigere cum annuis Redditibus, ut in eo ſub eodem Equitum Inſtituto vitam ducerent. Crevit deinde hic ſacrarum Virginum Cœtus, quibus multæ ex nobiliſſimis Familiis acceſſerunt; quamobrem factum eſt Cœnobium S. Spiritus cæterorum caput, quæ poſtea extructa ſunt in variis Hiſpaniarum, & Luſitaniæ Urbibus. Veſtem hę Moniales nigra gerunt, cujus partem dexteram ſupra pectus pugio rubri coloris, cum conca maris exornat. Cappam inſuper addunt albam, e collo uſque ad terram protenſam, cum ſacris actionibus adſunt. Narrant ab eis alimenta, & hoſpitium præberi Pauperibus peregrinis tranſeuntibus, qui Galitiam petunt, Divi Jacobi Apoſtoli ſepulchrum veneraturi.

De illis egit Franciſcus de Rades, & Andrada in Chronico hujus Ordinis pag. 33.

CXXV.

Monache dell' Ordine DI S. GIACOMO della Spada.

TRa gli Ordini Militari inſtituiti nella Spagna contro i Mori, prima di tutti fu una Congregazione detta di S. Giacomo, ma non di Cavalieri Regolari, la quale (come riferiſce Angelo Maurique negli Annali Ciſtercienſi all'anno 1154. c. 2. n. 10) dopo che ſeppe eſſere ſtato aſcritto alla Regola Ciſtercienſe l' Ordine militare di Calatrava, volle imitarlo, e procurò di eſſere aſcritta alla Regola delli Canonici Regolari. E perche nell'anno 1030. in una caſa; detta di S. Spirito, in Salamanca vivevano alcune pie Donne, ſotto l' invocazione di S. Anna, dipendenti dal Governo del Gran Maeſtro dell' Ordine delli Cavalieri di San Giacomo, il Cavaliere D. Perez, e Maria Mendez ſua moglie, determinarono nell' anno 1312. di fondare un Monaſtero, e dotarlo delli beni, da eſſi poſſeduti: accioche in eſſo ſerviſſero à Dio alcune nobili Fanciulle con la Regola iſteſſa, preſcritta alli Cavalieri nel modo, che più ſi conveniva alle Donne. che perciò fondato queſto Monaſtero, col nome ſteſſo di S. Spirito, diventò capo di molti altri, quali negli Anni ſuſſeguenti furono eretti in varie parti di Spagna, e Portogallo. Veſtono queſte Religioſe di veſte nera, e nella parte deſtra del petto tengono la forma d' un pugnale di colore roſſo, ornato nel pomo d' una Conchiglia. Quando aſſiſtono alle funzioni ſagre aggiungono un manto bianco, che dalle ſpalle pende fino à terra. Riferiſcono eſſere ordinato nelle loro Regole il ſomminiſtrare per alcuni giorni oſpizio, e vitto alli poveri Pellegrini, i quali vanno à riverire S. Giacomo in Galizia.

Trattò di eſſe Franceſco Rades, e Andrada nella Chronica di queſt' Ordine à cart. 33.



Sanctimonialis Ordinis S. Ioannis
seu Melitensis

CXXVI.

Moniales Ordinis

EQUITUM

Melitenſium.

SIcuti Raymundus de Podio; nobilis galius, Ordinem Equitum Regularium circà annum 1118. Hieroſolymis inſtituerat ſub invocatione S. Joannis cruce alba inſignitum octo acuminibus abſoluta. Ita etiam Sancia, Alphonſi II. Regis Aragoniæ Uxor, anno 1188. nobilium Virginum numerum eadem cruce exornatum collocavit in Cœnobio, S. Mariæ de Sixena dicto, in Leridenſi Diœceſi, in quo Equites ejus Ordinis diu vixerant, atque illis aliquas Conſtitutiones ſervandas propoſuit, quas poſtea Cœleſtinus III. circa ann. 1191. approbavit, & deinde Pius V. & Greg. XIII. confirmarunt. Huic Cœnobio, quod ante omnia inſtitutum refert Jacobus Boſius in part. 3. lib, 39. Hiſtor. Melitenſis, eadem Regina amplam Pagorum Ditionem ſubjecit, ut in illud Virgines, nobilitate ſtirpis primùm probata, ſine dote poſſent admitti. Clauſuræ legibus non adeo rigidis illæ tenentur, ut aliquando extra ſepta monaſterii non poſſint vagari. Tenentur tamen cæteræ, quæ in diverſis Regionibus Magno Equitum Melitenſium Magiſtro ſubſunt. Imaginem harum hic exponimus cum veſte, qua utuntur in choro. Supra tunicam & ſcapulare nigri coloris, pallium itidem nigrum addunt, valde extenſum, alba cruce in parte ſiniſtra ſignatum, quod tamen in bracchia revolutum ita ſuſtinent, ut terram non attingat, illud triplici funiculo ſerico, nigro alboque colore diſtincto circa collum perſtringunt, eique alius connectitur, qui Inſtrumenta Paſſionis Chriſti Domini ex ligno exculpta & ſerico obvelata ſuſtinet; & utrumque in ſiniſtrum bracchium ex armo excipiunt. Cœterum velamine albo & nigro caput contegunt, ut Icon oſtendit.

CXXVI.

Monache dell' Ordine

EQUESTRE

di Malta.

DOpo che Raimondo del Più ò del Podio, nobile Franceſe, inſtituì Religione di Cavalieri la Congregazione de'i Serventi nell'Oſpedale in Geruſalemme, con l' autorità di Gelaſio II. nel 1118. mutando la ſemplice croce, che havevano per inſegna in un' altra terminata da otto punte ſignificanti le otto Beatitudini; D. Sancia, moglie di Alfonſo II. Rè di Aragona, collocò un buon numero di nobili fanciulle, ornate con la medeſima croce, in un Convento, detto di S. Maria di Sixena nella Dioceſi di Lerida, ove per molto tempo erano viſſuti Cavalieri di quell' Ordine, e preſcriſſe loro alcune Regole, quali furono confermate da Celeſtino III. circa l'anno 1191. e poi dal B. Pio V. e Gregorio XIII. Dotò anche il medeſimo Monaſtero di Feudi, e Terre, onde vi ſi poteſſero ammettere ſēza dote tutte quelle le quali prima haveſſero provata la nobilta, come ſi uſa da Cavalieri di Malta. Vivono in clauſura con facoltà di potere talvolta uſcire di caſa. Quelle però, che ſono ſparſe in altri Monaſteri del medeſimo Ordine, non differiſcono in ciò dalle altre Clauſtrali. Veſtono abito nero, cioè tonaca, e ſcapulare. Nelle Funzioni del coro aggiungono un manto, parimenti nero, fregiato nella parte ſiniſtra con la croce bianca, terminata da otto punte. Detto manto benche ſia aſſai lungo, non però cade in terra, ma ripiegato viene ſoſtenuto dalle braccia, al medeſimo aggiungono un cordone triplicato con fiocchi di ſeta nera, e bianca, e a tal cordone un'altro ſi connette; quale ſoſtiene i miſteri della Paſſione di N. S. ſcolpiti in legno coperto di ſeta nera, e bianca, ed' ambedue ſogliono ſoſtenere con il braccio ſiniſtro, come rappreſenta la figura quì eſpoſta.

Sanctimonialis S. Mariæ de Mercede

CXXVII.

Moniales
B. MARIÆ DE MERCEDE
Redemptionis Captivorum.

POſtquam B. Raymundus de Penafort cum S. Petro Nolaſco, & Jacobo Aragoniæ Rege, monitu B. Virginis, pium opus redimendi Captivos inſtituerat; aliquot Piæ Mulieres, Deo impellente, ſeſe adjungi huic Ordini Religioſorum expetebant, ut precibus ſaltem & eleemoſinis illum promoverent, cum ſibi non liceret Votum, quo Viri tenentur, ſeſe in pignus tradendi, ſi opus ſit, ut captivi à ſervitute Paganorum liberentur. Præcipuè fuerunt Iſabella Berti, & Eulalia Pins, ambæ ex illuſtribus Familiis Barchinonenſibus, quæ maritis viduatæ, in propriis domibus cum aliquibus aliis vitam, Religioſorum more orationibus, Jejuniis, aliiſque Corporis afflictationibus inſtituerunt. Habitu Religionis ſe indui experentibus P. Bernardus de Corbaria, qui Religioſis ejus Ordinis Barchinone præerat, P. Gulielmo Bas Præpoſito Generali rem totam aperuit, & in comitiis Generalibus anno 1260. omnibus annuentibus, facultas conceſſa fuit, ut ſimilem veſtem ſuſciperent, ſcilicet albam cum ſigno in pectore ejus Ordinis proprio. Tandem ſuperatis aliquot difficultatibus ob quas hoc pium opus differri neceſſe fuit, anno 1265. Regnante Clemente IV. & Jacobo Rege, poſt ſolemne ſacrum Præpoſitus Generalis eas Religionis veſtibus induit, & ſupplicatione inſtituta Monaſterium ingreſſæ ſunt, in quo ſtatim illis ſe adjunxit Venerabilis Maria, à Succurſu dicta, propter inſignem erga egenos liberalitatē, ex illuſtribus Parentibus nata Barchinone, quę non ſolùm patriam; ſed Ordinem univerſum ſuis Virtutibus exornavit. Ejus vitam in cap. 2. & 21. deſcripſit P. Alphonſus Remon in Hiſtoria, quam texuit hujus Ordinis Religioſi.

CXXVII.

Monache di
S. MARIA DELLA MERCEDE
Della Redenzione delli Schiavi.

DOpo che fù fondato l' Ordine della Redenzione delli Schiavi per commandamento della Madre di Dio dalli SS. Pietro Nolaſco, e Raimondo di Pegnafort, inſieme con Giacomo Rè di Aragona, deſiderorono alcune pie Donne di vivere aſcritte al medeſimo, acciòche poteſſero anche eſſe cooperare con le loro orazioni, ed elemoſine alla Redenzione delli Schiavi, giàche non era loro lecito di obbligarſi con voto d' impegnare le ſteſſe per il fine medeſimo; Le due Principali, nate di ſangue nobile in Barcellona, furono D. Iſabella Berti, e D. Eulalia Pins, queſte rimaſte vedove cominciorono a vivere come Religioſe nelle proprie caſe con Orazioni, con digiuni, e altre volontarie penitenze, e chiederono inſtantemente al P. Bernardo de Corvara, allora ſuperiore delli Religioſi, di poter veſtire l' abito di eſſi, e riferitoſi ciò al Generale dell' Ordine, il P. Guglielmo Bas, fu nell' anno 1260. ſtabilito nel Capitolo Generale, che foſſero eſaudite. Ma per alcune difficoltà inſorte ſi differì nel 1265. in cui vivendo Clemente IV. e Giacomo Rè uno delli Fondatori dell'Ordine, dopo meſſa celebrata dal P. Generale, furono veſtite dell'abito proprio di queſt' Ordine, e con ſolenne proceſſione condotte al Monaſtero a queſto fine fabricato. La prima, che vi entrò dopo loro, fù la Venerabile Madre Maria, detta del ſoccorſo, per la di lei inſigne pietà verſo li poveri; la quale illuſtrò con le ſue rare virtù non ſolamente Barcellona ſua Patria, ma tutta la Religione. La vita di eſſa ſi trova deſcritta nel cap. 2 e 21. della Iſtoria dell' Ordine, publicata dal P. Alfonſo Remon, ſoggetto del medeſimo.

Mon. S. Mariæ de Mercede discalceata

CXXVIII.

Sanctimonialis

B. MARIÆ DE MERCEDE

Diſcalceata.

SIcuti circa annum 1265. inſtitutum fuerat Brachinone ab aliquibus nobilibus fœminis Cœnobium Sanctimonialium, quæ legibus obtemperarent, quas Viris Ordinis B. Mariæ de Mercede Sancti Fundatores Raymundus de Penafort, & Petrus Nolaſco præſcripſerant; Ita pariter anno 1616. Avalitæ, hoc eſt in oppido Hiſpaniæ Bœticæ in Vandalia inter Hiſpalim & Cordubam propè Bœtim fluvium ſito, erectum fuit Cœnobium Sanctimonialium Diſcalceatarum, eidem Ordini adſcriptum, poſtquam circa annum 1604. Congregatio Virorum diſcalceatorum inſtituta fuerat (quam nominant Recollectam) & a Clemente VIII. approbata in Conſtitutione *Decet Romanum Pontificem*. Primum lapidem poſuerunt tres Sanctimoniales, e Cœnobio Sanctiſſimæ Aſſumptionis, Hiſpali celeberrimo, videlicet Clementia de Sanctiſſima Trinitate dicta, quæ cœterarum regimen ſuſcepit, Maria de Incarnatione, ejus Vicaria, & Lucia à Reſurrectione His multæ additæ ſunt, quæ earum exemplo auſteras vivendi leges amplexæ, morum probitate conſpicuæ, aliis hujus generis Cœnobiis initia dedere, quæ in Hiſpaniæ Provinciis florent. Veſtibus laneis albis ut Viri induuntur ſine lineo induſio, ſcilicet tunica ſcapulari, & pallio ultra genua extenſo: Ante pectus earum parmula micat cum cruce alba in campo rubro, & Regum Aragoniæ ſtemmate. Diſcalceatæ ſandalia ex canabe geſtant, faciem lineo velamine albo circumdant, caput nigro contegunt.

Omnia ex Relatione P. Andreæ à S. Auguſtino ejuſdem Ordinis diſcalceati Hiſtorici.

CXXVIII.

Monaca

DI S. MARIA DELLA MERCEDE

Scalza.

